www.e-rara.ch

# Plotini Platonicorum facile coryphæi Opervm Philosophicorvm Omnivm Libri LIV. In Sex Enneades Distribvti

Plotinus
Poliziano, Angelo
Dazzi, Andrea
Porphyrius

Basileæ, MDXXC. [1580]

Universitätsbibliothek Bern

Shelf Mark: MUE Gross O 44

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-74031

Plotini ennead. sextae, liber III. De generibus entis.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# ΠΛΩΤΙΝΟΥ

## ΕΝΝΕΑΔΟΣ ϛ.

### ΛΟΓΟΣ Γ.

# PLOTINI

## ENNEAD. SEXTAE,

### LIBER III.

### ΠΕΡῚ τῶν γενῶν τοῦ ὄντος, τρίτον.

### De generibus entis.

*Sicut in mundo intelligibili, ita in hoc ſenſibili ponenda ſunt genera rerum quinq;, nec tamen ſub uno genere cõponẽda. Nec putandũ genera hæc unà cũ ſuperioribus illis in eadẽ natura congruere, quanuis quadã proportione cõueniãt. Nec animæ intellectualis ſubſtantia eſt ſub inferioribus generibus collocanda. Cap. I.*

DICTVM iam eſt de eſſentia, & quid nobis potiſsimum videatur, & quomodo ſentẽtiæ Platonicæ ſit conſentaneũ: oportet verò deinceps de altera natura cõſiderare: nunquid eadem hic genera, quæ & ibi ponere debeamus, an hic plura vltra illa inſup alia quædã eſſe uerẽtes? An omnino hîc atq; ibi diuerſa? An fortè alia quidẽ hîc ſicut & ibi, alia verò aliter ſint ponenda? Oportet tamẽ quando eadem hîc & ibi ponimus, ſic accipere, ac ſi ęquiuocè & per analogiam, id eſt proportionalem quandam ſimilitudinem ita dicamus. Id autẽ tunc demum clarius apparebit, quando hæc ipſa ſingulatim cognita fuerint. Principium itaque nobis erit huiuſmodi: Cum ſermo nobis de ſenſibilibus habeatur, omne verò ſenſibile hoc mundo comprehendatur, neceſſarium nobis eſt de mundo in primis inquirere, diuidentibus huius mundi naturam, atq; diuidendo ea ex quibus eſt conſtitutus, ſecundũ genera ritè diſponere: perinde ac ſi vocẽ, quæ infinita eſt, partiremur in quendã certũ numemerũ redigẽtes: dum videlicet quod illic in multis idem eſt, reduceremus in vnum: deinde rurſus aliud, rurſusq; ſimiliter aliud, quouſque in quodam numero illorum quodlibet poneremus, quod eſt in ſingulis, ſpeciem appellantes. Quòd verò in ſpeciebus genus eſſe dicentes, in voce quidẽ ſpeciem quãlibet, ſimulque cunctas nobis illic occurentes in vnum colligere planè liceret, ac de omnibus elementum vocale ſiue literale, vel vocem pariter prædicare. At verò in his quę nũc indagamus, impoſsibile eſt ſimiliter prædicare, quemadmodum in ſuperioribus demonſtrauimus. Quapropter plura genera cogimur indagare, atq; huic vniuerſo alia, quàm illic aſsignare: quandoquidem & vniuerſum hoc eſt ab illo diuerſum, neq; cum illo vniuoca conuenit ratione, ſed eſt æquiuocum & imago. Quoniam verò & hîc in mixtione atque conpoſitione diuerſa ſunt, & aliud quidem corpus eſt, aliud anima: vniuerſum namque eſt animal, ipſa

A ΠΕΡῚ μὲν τῆς οὐσίας ὅπῃ δοκεῖ, καὶ ὡς συμφώνως ἂν ἔχοι πρὸς τὴν τοῦ Πλάτωνος δόξαν, εἴρηται. δεῖ δὲ καὶ περὶ τῆς ἑτέρας φύσεως ἐπισκέψασθαι. πότερα τὰ αὐτὰ γένη θετέον ἅπερ κἀκεῖ ἐθέμεθα, ἢ πλείω ἐνταῦθα πρὸς ἐκείνοις ἄλλα τιθέντας, ἢ ὅλως ἕτερα. ἢ τὰ μὲν ὡς ἐκεῖ, τὰ δ' ἄλλως. δεῖ μέντοι τὸ ταὐτὰ, ἀναλογίᾳ καὶ ὁμωνυμίᾳ λαμβάνειν. τοῦτο δὲ φανήσεται γνωσθέντων. ἀρχὴ γὰρ ἡμῖν, ἥδε. ἐπειδὴ περὶ τῶν αἰσθητῶν ὁ λόγος ἡμῖν, πᾶν δὲ τὸ αἰσθητὸν τῷδε ὡς κόσμῳ περιείληπται, περὶ τοῦ κόσμου ἀναγκαῖον ἂν εἴη ζητεῖν, διαιροῦντας τὴν φύσιν αὐτοῦ. καὶ ἐξ ὧν ἐστι διαιροῦντας, κατὰ γένη θεῖναι. ὥσπερ ἂν εἰ τὴν φωνὴν διῃροῦμεθα ἄπειρον οὖσαν, εἰς ὡρισμένα ἀνάγοντες, τὸ ἐν πολλοῖς ταὐτὸν εἰς ἕν. εἶτα πάλιν ἄλλο καὶ ἕτερον αὖ, ἕως εἰς ἀριθμόν τινα θέντες ἕκαστον αὐτῶν. τὸ μὲν ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις εἶδος λέγοντες, τὸ δ' ἐπὶ τοῖς εἴδεσι γένος. τὸ μὲν οὖν ἐπὶ τῆς φωνῆς ἕκαστον εἶδος, καὶ ὁμοῦ πάντα τὰ φανέντα, εἰς ἓν ἦν ἀνάγειν. καὶ κατηγορεῖν πάντων στοιχεῖον ἢ φωνήν. ἐπὶ δὲ ὧν ζητοῦμεν, οὐχ οἷόν τε ὡς δέδεικται. διὸ δεῖ πλείω γένη ζητεῖν. καὶ τῷδε τῷ παντὶ, ἕτερα ἐκείνων. ἐπειδὴ καὶ ἕτερον τοῦτο ἐκείνου, καὶ οὐ συνώνυμον. ὁμώνυμον γὰρ καὶ εἰκών. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἐνταῦθα ἐν τῷ μίγματι καὶ ἐν τῇ συνθέσει, τὸ μέν ἐστι σῶμα, τὸ δὲ ψυχὴ, ζῷον γὰρ τὸ πᾶν,

B C D

ἡ δὲ ψυχῆς φύσις ἐν ἐκείνῳ τῷ νοητῷ, καὶ οὐδ᾽ ἁρμόσει, οὐδ᾽ εἰς οὐσίας τῆς ἐνταῦθα λεγομένης σύνταξιν, ἀφοριστέον εἰ καὶ χαλεπῶς, ὅμως μὴν τῆς ἐνταῦθα πραγματείας. ὥσπερ ἂν εἴ τις βουλόμενος τοὺς πολίτας συντάξαι πόλεώς τινος, οἷον κατὰ τιμήσεις, ἢ τέχνας, τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους, παραλίποι χωρίς. περὶ δὲ τῶν παθημάτων, ὅσα μετὰ τοῦ σώματος ἢ διὰ τὸ σῶμα περὶ ψυχὴν συμβαίνει, διὰ τούτων ἐπισκεπτέον ὕστερον, ὅπως τακτέον, ὅταν περὶ τῶν ἐνταῦθα ζητῶμεν.

A ipſa uerò natura animæ in illo intelligibili mundo conſiſtens, non congruit in eodẽ ordine cũ illa quæ hîc eſſentia nominatur: ideo ſegreganda eſt ipſa quidẽ, quãuis ſit arduum, ſegregreganda tamen à præſenti naturæ huius cõditione, quam impræſentia pertractamus: ceu ſiquis volẽs ciuitatis alicuius ciues diſponere per cẽſus, & honores, & artes, peregrinos & aduenas relinquat à ciuib. ſegregatos. De paſſionibus autẽ quotcũq; vna cũ B corpore vel propter corpus animæ accidunt, tũc demum quomodo ſint diſponendæ tractabimus, poſtquam de his quæ hoc mundo propriè continentur diſputauerimus.

*In mundo quidem intelligibili eſſentiam ueram ponit: in hoc autem apparentem, ac pro eſſentia fluentiam. Item confutat eos, qui genera hic non rectè diſponunt, nondum tamen ipſe diſponit. Cap. II.*

ΚΑΙ πρῶτον περὶ τῆς λεγομένης οὐσίας θεωρητέον, συγχωροῦντας τὴν περὶ τὰ σώματα φύσιν ὁμωνύμως. ἢ οὐδὲ ὅλως οὐσίαν, διὰ τὸ ἐφαρμόττειν τὴν ἔννοιαν ῥεόντων, ἀλλὰ γένεσιν οἰκείως λέγεσθαι. εἶτα τῆς γενέσεως τὰ μὲν τοιά, τὰ δὲ τοιά. καὶ τὰ μὲν σώματα εἰς ἕν, τά τε ἁπλᾶ, τά τε σύνθετα, τά τε συμβεβηκότα, ἢ παρακολουθοῦντα, διαιροῦντας ἀπ᾽ ἀλλήλων ταῦτα. ἢ τὸ μὲν ὕλην, τὸ δὲ εἶδος ἐπ᾽ αὐτῇ. καὶ χωρὶς ἑκάτερον ὡς γένος, ἢ ὑφ᾽ ἓν ἄμφω ὡς οὐσίαν ἑκάτερον ὁμωνύμως, ἢ γένεσιν. ἀλλὰ τί τὸ κοινὸν ἐπὶ ὕλης καὶ εἴδους. πῶς δὲ γένος ἡ ὕλη, καὶ τίνων. τίς γὰρ διαφορὰ ὕλης. ἐν τίνι δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν τακτέον. εἰ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν εἴη αὐτὸ ἡ σωματικὴ οὐσία, ἐκείνων δὲ ἑκάτερον οὐ σῶμα, πῶς ἂν ἐν ἑνὶ τάττοιτο καὶ τῷ αὐτῷ, μετὰ τοῦ συνθέτου. πῶς δ᾽ αὖ τὰ στοιχεῖα τινος μετ᾽ αὐτοῦ. εἰ δ᾽ ἀπὸ τῶν σωμάτων ἀρχοίμεθα, ἀρχοίμεθ᾽ ἂν ἀπὸ συλλαβῶν. διατὶ δὲ οὐκ ἀνάλογον. εἰ καὶ μὴ κατ᾽ αὐτὰ ἡ διαίρεσις, λέγοιμεν ἂν ἀντὶ μὲν τοῦ ἐκεῖ ὄντος, ἐνταῦθα τὴν ὕλην. ἀντὶ δὲ τῆς ἐκεῖ κινήσεως, ἐνταῦθα τὸ εἶδος, οἷον ζωήν τινα καὶ τελείωσιν τῆς ὕλης. τῆς δὲ ὕλης, τὴν οὐκ ἔκστασιν κατὰ τὴν στάσιν. καὶ τὸ ταὐτὸν, καὶ θάτερον, οὔσης καὶ ἐνταῦθα ἑτερότητος πολλῆς, καὶ ἀνομοιότητος μᾶλλον. ἢ πρῶτον μὲν ἡ ὕλη, οὐχ᾽ οὕτως ἔχει, καὶ λαμβάνει τὸ εἶδος ὡς ζωὴν αὐτῆς. οὐ δὲ ἐνέργειαν αὐτῆς, ἀλλ᾽ ἔπεισιν ἀλλαχόθι, οὐκ ὄντι ἐκείνης. εἶτα ἐκεῖ τὸ εἶδος, ἐνέργεια καὶ κίνησις. ἐνταῦθα δέ, ἡ κίνησις ἄλλο, καὶ συμβεβηκός. τὸ δὲ εἶδος στάσις αὐτῆς μᾶλλον, καὶ οἷον ἡσυχία. ὁρίζει γὰρ ἀόριστον οὖσαν. τό, τε ταὐτόν ἐκεῖ, καὶ τὸ ἕτερον, ἑνὸς τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑτέρου ὄντος. ἐνταῦθα δὲ ἕτερον μεταλήψει. καὶ πρὸς ἄλλο. *καὶ τί ταὐτὸν καὶ ἕτερον, οὐδ᾽ ὡς ἐκεῖ εἴη ἂν τι ἐν τοῖς ὑστέροις,

*καίτοι

A PRINCIPIO de illa quæ nominatur eſſentia videtur agendũ, concedendumq; in primis corporeã hanc naturã ęquiuocè eſſentiam nominari, vel nullo modo eſſentiam nominandam, quia fluentium notio congruat, ſed propriè generationem eſſe dicendam. Præterea generationis alia quidem eiuſmodi eſſe, alia verò illiuſmodi, dicendum videtur. Et corpora quidem in vnum accumulanda, B tũ ſimplicia, tũ cõpoſita, & accidentia illorum atq; cõſequentia, hæc quoq; interim inter ſe diuidendo: aut dicẽdum alicui videri poteſt hoc quidem eſſe materiam, illud autẽ ſpeciem in materiam, & ſeorſum vtrunque tanquam genus, aut ambo in vnum concilianda, tanquã vtrumq; ęquiuocè nominetur eſſentia ſiue ſubſtantia, aut ꝓpriè generatio. Verũ quidnã cõmune materiæ ſimul eſt atq; formę? Et quomodo materia poteſt eſſe ge- C nus? quorúmue genus? Quoniã & mirãdũ eſt quęnã differẽtia materiæ ſit. Præterea in quonam potiſsimũ quod eſt ex vtriſq; cõpoſitũ collocare debemus? Quòd ſi quod ex vtriſq; cõſtat ſubſtantia corporea ſit, neutrũ verò duorũ ſit corpus, quonã pacto in vno eodemq; duo hæc vnà cũ cõpoſito poni debent? Et quonã pacto quæ alicuius elementa ſunt, cũ illo ſimul in eodẽ cõſtitui poſſunt? Siquis autẽ dixerit, à corporibus incipere nos debe- D re, perinde monebit, ac ſi præceperit in dictionibus pertractãdis à ſyllabis inchoandum. Quid verò ꝓhibet, ſi nõ licet ſecundum naturã eandẽ partiri, ſaltẽ ſecũdũ analogiã & ꝓportionẽ quandã hęc ita diuidere, vt loco entis ipſius illic exiſtẽtis panamus hîc materiã? pro motu autẽ entis illius hîc formã velut vitã quãdã perfectionemq; materiæ? Tũ pro eo quod illic eſt ipſum idem atq; ſtatus, hîc materiæ conditionẽ quandã à ſe minimè diſce- E dentẽ: quinetiã alteritatis ipſius vice rerum harũ diuerſitatẽ diſsimilitudinemq; quãplurimã oppoſita ſuperantẽ. Sed ꝓfectò materia nõ ſic habet & accipit formã tãquã ipſius vitã aut actũ, ſed ingreditur aliũde forma, nec aliquid eſt materiæ. Præterea ſpecies quidẽ illic actus eſt atq; motus. Hîc verò motus eſt aliud atq; cõtingens: ſpecies autẽ ſtatus ipſius magis & quaſi quies. definit nanq; illã ſecũdũ ſe infinitã. Quinetiã ipſũ idẽ & ipſũ alterũ illic ideo ſunt, quia vnum illic exiſtit ipſum idem & vnum ipſum alterum: hîc autem alterum participatione dicitur, & ad aliud, & aliquid idem & aliquid alterum, nec ſicut ibi ita in poſterioribus ipſũ

dicitur,ſed idem aliquid & alterum ſimiliter aliquid. Status autē quomodo aſsignari materiæ poterit, quæ ad omnes diſtrahitur magnitudines,& formas accipit ab externis,neq; per ſe ſuifficit vnà cū his alia generare? Hanc ergo diuiſionem prætermittere decet.

A τί ταὐτὸν καὶ τί ἕτερον. στάσις δὲ τῆς ὕλης πῶς, ἐπὶ πάντα ἑλκομένης μεγέθη, καὶ ἔξωθεν τὰς μορφὰς, καὶ οὐκ αὐτάρκους ἑαυτῇ μετὰ τούτων τὰ ἄλλα γεννᾷν. ταύτην μὲν οὖν τὴν διαίρεσιν ἀφετέον.

*Quæcunq; porpriè ſunt in mundo ſenſibili probabiliter ad quinq; genera referri poſſe uidetur. Primum genus ſit ſubſtantia: ſecundum accidens quod in ſubſtantia: tertium accidens in quo ſubſtantia: quartum motus: quintum relatio. In primo genere quodammodo colliguntur materia, forma, cōpoſitum: in ſecundo quantitas, qualitas, figura: in tertio locus,, tempus: in quarto actio, paßio: in quinto quam plurima quomodocunq; relationem ſignificantia. Cap. III.*

QVOMODO igitur diſtinguemus? Primò quidem ita licet: profectò hoc eſſe materiá, illud verò formá, aliud autē ex vtriſq; permiſtū: tum reliqua circa hæc eſſe: atq; eorum quæ circa hæc verſantur,alia quidem tantū eſſe de his pr ędicata,alia verò eſſe inſuper contingentia,quinetiá cōtingentiū ſiue accidētium, alia his ineſſe, in alijs viciſsim hæc exiſtere. Præterea alia horū actiones,alia paſsiones, alia deniq; conſequentia. Dicere quoq; licet, materiam eſſe cōmune quiddam, in omnibusq; ſubſtantijs, neq; tamē eſſe genus, quoniam nullas differentias habet, niſi quis fortè differentias eius accipiat, ex eo quòd materia hæc igneam, illa verò aeriam ſubeat formá. Siquis autē ad hoc vt materia genus ſit ſufficere putet, quod cōmune quiddam ſit omnibus, quibus licet ſubeſſe materiam, aut fortè ex eo quòd ipſa materia erga materias quodammodo multas ſe habeat, ſicut totū ad partes, aliter quàm propriè dici ſoleat, genus foret. Atq; elementum erit hoc vnum, ſiquidem poſsit & elementum eſſe genus. Species autem ſi additum ei fuerit,vt circa materiam ſit,vel in materia, per huiuſmodi conditionem à ſpeciebus alijs ſeparabitur, non tamen eſſentialem omnem ſpeciem amplectetur. Sin autem ſpeciem appellamus id ipſum quod eſſentiæ ſit effectiuum, eſſentialemq; rationem ſecundum ſpeciem,adhuc in ambiguitate verſabimur. Nondū enim quomodo accipienda ſit eſſentia ſiue ſubſtantia, declarabimus. Proinde ſi ſolùm quod eſt vtriſq; compoſitum affirmetur eſſe ſubſtantia, duo illa ſubſtantiæ minimè erunt. Quòd ſi & hoc ſimul & illa, reliquum erit, quidnam his omnibus cōmune ſit, indagare. Quæ verò ſolùm pr ędicata dicuntur, forſan in ordine relationis erunt, velut eſſe cauſam, & elemētum eſſe. Sed eorum quæ accidentia ſunt in illis, aliud eſt vt eſſe quantum, aliud rurſus vt quale, quæ propriè ſunt in ipſis. Sunt & quędam in quibus illa ipſa ſunt, quemadmodum locus atq; tempus: quinetiam actiones eorum & paſsiones ſe habent velut motus: tum verò conſequentia, ceu locus & tempus. Locus quidem compoſitorum, tempus autem motionis. Proinde tria quidem prima forſan inueniemus in vnum commune concurrere, ſcilicet in ſubſtantiam híc æquiuocè dictam. Poſt hæc alia deinceps, relatio, quantitas, qualitas, in tempore, in loco, motus, locus, tempus, quamuis accepto ſemel loco atque tempore, ſuperuacuum ſit afferre rurſus quod in tempore, quod in loco. Quapropter licebit quinque numerare, ſiquidem tria prima computentur vt vnum. Sin autem tria illa non computentur in vnum, ſic vtique diſponentur, materia, ſpecies, compoſitum, relatio; quantitas, qualitas,

A ΠΩ͂Σ δὲ λέγομεν; ἔστι δὴ πρῶτον οὕτως, τὸ μὲν ὕλην εἶναι, τὸ δ' εἶδος, τὸ δὲ μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν. τὰ δὲ, περὶ ταῦτα. τῶν δὲ περὶ ταῦτα, τὰ μὲν κατηγορούμενα μόνον, τὰ δὲ καὶ συμβεβηκότα. τῶν δὲ συμβεβηκότων, τὰ μὲν ἐν αὐτοῖς, τὰ δὲ ἐν ἐκείνοις. τὰ δὲ ἐνεργήματα αὐτῶν, τὰ δὲ πάθη, τὰ δὲ παρακολουθήματα, καὶ τὴν μὲν ὕλην, κοινὸν μὲν καὶ ἐν πάσαις ταῖς B οὐσίαις, οὐ μὴν γένος, ὅτι μὴ δὲ διαφορὰς ἔχει. εἰ μή τις τὰς διαφορὰς, κατὰ τὸ τὴν μὲν πυρίνην; τὴν δὲ τὴν ἀέρος μορφὴν ἔχειν. εἰ δέ τις ἀρκοῖτο τῷ κοινῷ τῷ ἐν πᾶσιν οἷς ἐστιν ὕλην εἶναι, ἢ ὡς ὅλον πρὸς μέρη, ἄλλως γένος ἂν εἴη. καὶ στοιχεῖον δὲ ἓν τοῦτο, δυναμένου καὶ τοῦ στοιχείου γένους εἶναι. τὸ δὲ εἶδος, προσκειμένου τοῦ περὶ τὴν ὕλην ἢ ἐν ὕλῃ, τῶν μὲν ἄλλων εἰδῶν χωρίζει, C οὐ μὴν περιλαμβάνει πᾶν εἶδος οὐσιῶδες. εἰ δὲ εἶδος λέγομεν τὸ ποιητικὸν οὐσίας, καὶ λόγον τὸν οὐσιώδη κατὰ τὸ εἶδος, οὔπω τὴν οὐσίαν εἴπομεν, πῶς δεῖ λαμβάνειν. τὸ δὲ ἐξ ἀμφοῖν, εἰ τοῦτο μόνον οὐσίαν, ἐκεῖνα οὐκ οὐσίας. εἰ δὲ κἀκεῖνα καὶ τοῦτο, τί τὸ κοινὸν σκεπτέον. τὰ δὲ κατηγορούμενα μόνον, ἐν τῷ πρός τι ἂν εἴη. οἷον αἴτιον εἶναι, στοιχεῖον εἶναι. τῶν δὲ ἐν αὐτοῖς D συμβεβηκότων, τὸ μὲν ποσὸν εἶναι, τὸ δὲ ποιὸν εἶναι, ἃ ἐν αὐτοῖς. τὰ δ' αὐτὰ ἐν ἐκείνοις, ὡς τόπος καὶ χρόνος. τὰ δὲ ἐνεργήματα αὐτῶν καὶ πάθη, ὡς κινήσεις. τὰ δὲ παρακολουθήματα, ὡς τόπος καὶ χρόνος. ὁ μὲν τῶν συνθέτων. ὁ δὲ τῆς κινήσεως, ὁ χρόνος. καὶ τὰ μὲν τρία εἰς ἓν E εὕροιμεν κοινόν τι τὰ ἐνταῦθα ὁμώνυμον οὐσίαν; εἶτα τὰ ἄλλα ἐφεξῆς, πρός τι, ποσὸν, ποιὸν, ἐν χρόνῳ, ἐν τόπῳ, κίνησις. τόπος χρόνος, ἢ ληφθέντος τόπου καὶ χρόνου, περιττὸν τὸ ἐν χρόνῳ καὶ τόπῳ. ὥς τε εἶναι πέντε, ὡς ἓν τῶν πρώτων τριῶν. εἰ δὲ μὴ, εἰς ἓν τὰ τρία ἔσται, ὕλη, εἶδος, συναμφότερον, πρός τι. ποσὸν,

ποιόν, κίνησις, ἢ καὶ ταῦτα εἰς τὰ πρός τι, περιεκτικὸν γὰρ μᾶλλον.

A qualitas, motus. Vel hæc fortaſſe relatione comprehendentur. nam relatio latius comprehendit.

*Subſtantiæ corporeæ proprium eſt, ut accidentium ſubſtentaculum ſit: ipſa uerò nulli tanquam accidens innitatur, ſed ſui iuris exiſtat. Id autem ſolius ſubſtantiæ proprium tribus ſubſtantijs eſt commune, ſcilicet materiæ formæ, compoſito. Cap. IIII.*

ΤΙ οὖν ταὐτὸν ἐν τοῖς τρισί, καὶ τί ἐστιν ὃ ταῦτα ποιεῖ οὐσίαν τὴν ἐν τούτοις. ἆρα ὑποβάθραν τινὰ τοῖς ἄλλοις; ἀλλ' ἡ μὲν ὕλη, ὑποβάθρα καὶ ἕδρα. ὥστε καὶ τὸ εἶδος μετὰ τῆς ὕλης, ὑποβεβλήσεται τοῖς συνθέτοις. ἢ πᾶσί γε, τοῖς μετὰ τὸ σύνθετον. οἷον, ποσῷ, ποιῷ, κινήσει. ἀλλ' ἆρα τὸ μὴ ἑτέρου ὃ λέγεται. λευκὸν μὲν γὰρ καὶ μέλαν, ἄλλου τοῦ λελευκομένου. καὶ τὸ διπλάσιον δὲ ἑτέρου. λέγω δέ, οὐ τὸ ἡμίσεως εἶναι, ἀλλὰ ξύλον διπλάσιον. καὶ πατὴρ ἄλλου, ᾗ πατήρ ἐστι. καὶ ἐπιστήμη ἡ ἄλλου, τοῦ ἐν ᾧ. καὶ τόπος δέ, πέρας ἄλλου. καὶ χρόνος, μέτρον ἄλλου. πῦρ δέ, οὐκ ἄλλου. οὐ δὲ ξύλον καθὸ ξύλον, ἄλλου. οὐδ' ἄνθρωπος ἄλλου. οὐδὲ σωκράτης. οὐδ' ὅλως ἡ σύνθετος οὐσία. οὐδὲ τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν εἶδος, ἄλλου. ὅτι, οὐκ ἄλλου πάθος ἦν. οὐ γὰρ τῆς ὕλης εἶδος. τοῦ δὲ συναμφοτέρου μέρος. τὸ δὲ τοῦ ἀνθρώπου εἶδος καὶ ὁ ἄνθρωπος, ταὐτόν. καὶ ἡ ὕλη, μέρος ὅλου. καὶ ἄλλου ὡς τοῦ ὅλου. οὐχ ὡς ἑτέρου ὄντος ἐκείνου οὗ λέγεται. λευκὸν δὲ ὃ λέγεται εἶναι, ἑτέρου ἐστίν. ὃ οὖν * ἄλλο ὂν ἐκείνου λέγεται, οὐκ οὐσία. οὐσία τοίνυν, ὃ ὅπερ ἐστὶν αὐτοῦ ἐστιν. ἢ μέρος ὂν τοιούτου, συμπληρωτικόν ἐστι συνθέτου. ὄντος μὲν αὐτοῦ, ἕκαστον μὲν ἢ ἑκάτερον αὐτοῦ. πρὸς δὲ τὸ σύνθετον, ἄλλον τρόπον ἐκείνου λεγόμεν. ἢ εἰ μὲν μέρος, πρὸς ἄλλο λεγόμενον. ον. καθ' αὑτὸ δὲ φύσει, ἐν τῷ εἶναι ὅ ἐστιν οὐχ ἑτέρου λεγόμενον. κοινὸν δὲ καὶ τὸ ὑποκείμενον ἐπί τε τῆς ὕλης καὶ τοῦ εἴδους, καὶ τοῦ συναμφοτέρου. ἀλλὰ ἄλλως μὲν ἡ ὕλη τῷ εἴδει, ἄλλως δὲ τὸ εἶδος τοῖς πάθεσι, καὶ τὸ συναμφότερον. ἢ οὔτε ἡ ὕλη ὑποκείμενον τῷ εἴδει, τελείωσις γὰρ τὸ εἶδος αὐτῆς καθόσον ὕλη καὶ καθόσον δυνάμει, οὐδ' αὐτὸ εἶδος ἐν ταύτῃ. μεθ' οὗ γάρ τι ἀπαρτίζει ἕν τι, οὐκ ἔσται θάτερον ἐν θατέρῳ, ἀλλ' ἄμφω ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος ὁμοῦ, ὑποκείμενα ἄλλῳ. οἷον ἄνθρωπος, καὶ τὶς ἄνθρωπος. ὑπόκειται τοῖς πάθεσι, καὶ προϋπάρχουσι τῶν ἐνεργειῶν, καὶ τῶν παρακολουθούντων. καὶ ἀφ' ἧς δὲ τὰ ἄλλα. καὶ δι' ἣν τὰ ἄλλα. καὶ περὶ ὃ τὸ πάσχειν, καὶ ἀφ' ἧς τὸ ποιεῖν.

* ἄλλῳ

A QVIDNAM igitur in tribus illis cōmu
ne eſt? quidue eſt quod efficit, vt hæc eſſentia
ſiue ſubſtantia ſint? Subſtantia inquam, qua-
lis in rebus inferioribus eſſe poteſt. Nunquid
horum quodlibet propterea ſubſtantia eſt;
quia ſit fundamētum quoddam, & ſuſcepta-
culum aliorum? At verò materia quidem ſu-
ſceptaculum ſedesq; ſpeciei videtur eſſe, ſpe-
cies autē non adeò videtur eſſe ſedes: qua-
B propter ſpecies non erit in ſubſtantię genere.
Cōpoſitū quoq; reliquis profectò multis fun
damentū eſt, atq; ſedes: itaq; & ſpecies vnà
videlicet cū materia ſubijcietur cōpoſitis, vel
potius omnibus quæ ſequuntur cōpoſitum,
velut quātitati, qualitati, motui. Nū fortè
quod ſubſtātia eſt, iccirco eſt hoc ipſū, quoniā
hoc ipſū quod dicitur nō eſt alterius? Albedo
enim atq; nigredo alterius eſt, dealbati vide-
licet, vel denigrati. Duplum quoq; alterius
C eſt: non dico inpræſentia dimidij duplum,
ſed lignū duplum: & pater, qua pater alteri-
us eſt. Itē ſciētia eſt illius in quo exiſtit. Rur-
ſum locus terminus eſt alterius. Et tēpus al-
terius eſt menſura. Ignis autem non eſt alte-
rius, neq; lignū qua lignū, alterius eſt. Simi-
liter neq; homo, neq; Socrates, neq; omnino
compoſita vlla ſubſtantia. Atqui neq; etiam
ſpecies, quæ ſecundum eſſentiam eſt, alteri-
us eſt, quoniā nullius eſt paſsio. Non enim
D materiæ ſpecies eſt: eſt tamē pars cōpoſiti:
hominis verò ſpecies atq; homo idē eſt. Ma-
teria quoq; pars eſt totius, atq; alterius eſt;
quatenus eſt totius: non tanquā alterū illud
exiſtat, cuius ipſa dicitur: albedo verò hoc ip
ſū quod dicitur, eſt alterius. Quod igitur alte
rius exiſtens, illius & dicitur, nō eſt ſubſtan-
tia. Subſtantia igitur eſt id quidem quod cer-
tè hoc ipſum quod eſt, ſui ipſius exiſtit. Aut
certè ſi alicuius pars eſſe dicatur, compoſitū
E ipſum complet, dum profectò quodlibet vel
vtrumque ſui ipſius exiſtit, ſed erga compo-
ſitum alio quodam pacto illius eſſe dicitur.
Aut certè qua ratione pars eſt, ad aliud qui-
dem dicitur: qua verò ſecundum naturam
ſuam eſt, in eo quod ſit, id quod eſt, dicitur
eſſe nullius. Eſſe verò ſubiectum, videtur eſſe
commune tum materiæ, tum ſpeciei, tum cō-
poſito: ſed aliter quidē materia ſpeciei ſubie-
cta eſt, aliter aūt ſpecies paſsionib. aliter verò
compoſitum: vel potius neque materia ſpeciei ſubiectum eſt. Species nanque perfectio eſt illius, & qua materia eſt, & qua eſt in potentia. Neque rurſus ſpecies in hac exiſtit: vbi enim aliquid vnà cum aliquo vnū aliquid conficit, non erit alterū illic in altero: ſed ambo materia ſpeciesque ſimul ſubiecta ſunt alteri, velut homo, atque aliquis homo paſsionibus quidem ſubijciuntur, præceduntque actiones & conſequentia. Videbitur itaque ſubſtantia eſſe, à qua ſunt alia, & propter quam alia, idque eſſe circa quod ſit pati, & à quo ſit agere.

*Solius ſubſtantiæ proprium eſt, ut nec uſquam uelut in ſubiecto inſit, nec de ſubiecto aliquo tanquam extraneum aliquid prædicetur. Item quando aliqua quæ corporeis generibus propria ſunt, in mundo incorporeo nominamus, non ſecundum rationem naturamq; eandem, ſed per comparationem & ſimilitudinem illis hæc attribuimus.*

*Caput V.*

ACCIPIENDA verò ſunt hęc de ea ſubſtantia, quæ hîc eſſe dicitur. Siquo verò pacto ſubſtantiæ quoq; ſuperiori conueniant, fortè congruent per analogiam quandam appellationemq; æquiuocam. Iam verò & quod appellatur primum, comparatione quadam ad illa quæ ſequuntur, ſic appellatur. Non enim ſimpliciter cognominatur primum, ſed ad illa potius quæ ſunt infima: quin etiam quæ mox ſequuntur, erga illa ſimiliter appellantur prima, quæ perinde ſequuntur. Præterea quod ſubiectum dicitur, hîc & ibi ſe aliter habet: quinetiam dubitatur, vtrum ſit ibi paſſio, ac ſi ibi ſit, aliud certè ibi atque hîc eſt pati. Videtur itē omni ſubſtantiæ conuenire in ſubiecto non eſſe: ſi modò hoc ipſum quod eſt in ſubiecto, oportet non eſſe partem eius in quo eſt, neque oportet etiam vnà cum eo concurrere ad aliquid vnum ſimul conficiendum. Quod enim cum aliquo conducit ad ſubſtantiam componendam, in eo tanquā in ſubiecto eſſe non poteſt: quapropter neque forma videtur in materia eſſe tanquam ſubiecto, neq; homo in Socrate, quippe cum ſit pars Socratis. Quod ergo non eſt in ſubiecto, ſubſtantia iudicatur: ſi autē dicamus id ipſū eſſe ſubſtantiā, quod neq; in ſubiecto eſt, neq; dicitur de ſubiecto, adiungendū eſt de ſubiecto inquā, tanquā de alio quodam, vt in ea deſcriptione ſubſtantiæ, qua adiungendo dicimus ſubſtantiā nō prædicari de alio, homo etiā cōprehendatur de quodam homine prædicatus. Quando enim hominē de Socrate prædico, ita dico nō tanquā lignū albū, ſed tāquā album eſſe album. Nam quando Socratē eſſe hominē dico, tūc hominē aliquē eſſe fateor hominem, atq; de ipſo homine qui eſt in Socrate hominē prædico: hoc autē idem eſt, ac ſi dicamus Socratē eſſe Socratē, atq; etiam perinde ac ſi de animali rationali, eiuſmodi animal prædicemus. Verùm ſiquis obiecerit, nō eſſe id ſubſtātiæ propriū, quod dici ſolet in ſubiecto non eſſe, differentiā enim ex eorū eſſe numero quæ in ſubiecto nō ſint: ille certè ſi tāquā eſſentiæ partē acceperit quod bipes dicitur, hoc vtiq; in ſubiecto non eſſe fatebitur: quandoquidem niſi hoc ipſum bipes ſic acceperit tanquam ſit eſſentia talis, ſed intellexerit bipedalitatē, nimirū nullā dicet ſubſtantiam, ſed qualitatē, ideoq; quod bipes dicitur in ſubiecto iā erit. Sed neq; tempus eſſe in ſubiecto videtur, neq; locus: verùm ſi menſura motionis de tempore accipiatur ſecundum ipſum menſuratum, certè & menſura erit in motu ceu ſubiecto, & motus in eo ſimiliter quod mouebitur. Sin autem ſecundum menſurantem intelligatur, menſura erit in menſurante: locus autem cum ſit terminus cōtinentis, in eodem

A ἈΚΟΥΣΤΈΟΝ δὲ ταῦτα, περὶ τῆς ἐνθάδε οὐσίας λεγομένης. εἰ δέ πη ταῦτα καὶ ἐπ' ἐκείνης συμβαίνει, ἴσως μὲν κατ' ἀναλογίαν καὶ ὁμωνύμως. καὶ γὰρ τὸ πρῶτον, ὡς πρὸς τὰ μετ' αὐτὸ λέγεται. οὐ γὰρ ἁπλῶς πρῶτον, ἀλλ' ἔστιν ὡς πρὸς ἐκεῖνα ἔσχατα, ἄλλα πρῶτα μετ' ἐκεῖνα. καὶ τὸ ὑποκείμενον ἄλλως. καὶ τὸ πάσχειν, ἐκεῖ ἀμφισβητεῖται. καὶ εἰ κἀκεῖ, ἄλλο τὸ ἐκεῖ
B πάσχειν. καὶ τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, κατὰ πάσης οὐσίας. εἰ τὸ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, δεῖ μὴ ὡς μέρος ὑπάρχειν τοῦ ἐν ᾧ ἐστι. μηδ' οὕτως, ὥς τε μὴ δὲ συντελεῖν μετ' ἐκείνου εἰς ἕν τι. μεθ' οὗ γὰρ συντελεῖ εἰς σύνθετον οὐσίαν, ἐν ἐκείνῳ ὡς ὑποκειμένῳ οὐκ ἂν εἴη. ὥστε μήτε τὸ εἶδος ἐν τῇ ὕλῃ εἶναι ὡς ὑποκειμένῳ, μήτε τὸν ἄνθρωπον ἐν τῷ σωκράτει, μέρος ὄντα
C σωκράτους. ὃ οὖν μὴ ἐν ὑποκειμένῳ, οὐσία. εἰ δὲ λέγομεν μήτε ἐν ὑποκειμένῳ μήτε καθ' ὑποκειμένου, προσθετέον ὡς ἄλλου. ἵνα καὶ ὁ ἄνθρωπος λεγόμενος κατὰ τοῦ τινὸς ἀνθρώπου, περιλαμβάνηται τῷ λόγῳ ἐν τῇ προσθήκῃ τῇ μὴ κατ' ἄλλου. ὅταν γὰρ τὸν ἄνθρωπον
D κατηγορῶ τοῦ σωκράτους, οὕτως λέγω. οὐχ ὡς τὸ ξύλον λευκὸν, ἀλλ' ὡς τὸ λευκὸν, λευκόν· τὸν γὰρ σωκράτη λέγων ἄνθρωπον, τὸν τινὰ ἄνθρωπον λέγω ἄνθρωπον. καὶ τοῦ ἐν τῷ σωκράτει ἀνθρώπου, τὸν ἄνθρωπον. τοῦτο δὲ ταὐτὸν,* τὸ, τὸν σωκράτην σωκράτην λέγειν. καὶ τῷ *τῷ* ἔτι τῷ κατὰ ζώου λογικοῦ τοιοῦδε τὸ ζῶον κατηγορεῖν. εἰ δέ τις λέγοι μὴ ἴδιον εἶναι τῆς οὐ-
E σίας τὸ μὴ ἐν ὑποκειμένῳ εἶναι, τὴν γὰρ διαφορὰν μὴ δ' αὐτὴν εἶναι τῶν ἐν ὑποκειμένῳ, μέρος οὐσίας λαμβάνων τὸ δίπουν, τοῦτο οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ φησὶν εἶναι. ἐπεὶ εἰ μὴ τὸ δίπουν λαμβάνοι ὅ ἐστι τοιάδε οὐσία, ἀλλὰ διποδίαν οὐσίαν λέγων, ἀλλὰ ποιότητα, ἐν ὑποκειμένῳ ἔσται τὸ δίπουν. ἀλλ' οὐ δὲ ὁ χρόνος ἐν ὑποκειμένῳ. οὐδ' ὁ τόπος. ἀλλ' εἰ μὲν τὸ
F μέτρον λαμβάνεται κινήσεως κατὰ τὸ μεμετρημένον, τὸ μέτρον ἐν τῇ κινήσει ὑπάρξει, ὡς ἐν ὑποκειμένῳ. ἥ τε κίνησις, ἐν τῷ κινουμένῳ. εἰ δὲ τὸ καταμετροῦν λαμβάνεται, ἐν τῷ μετροῦντι ἔσται τὸ μέτρον. ὁ δὲ τόπος πέρας τοῦ περιέχοντος ὢν, ἐν

ἐκείνῳ. καὶ τὸ περὶ ταύτην τὴν οὐσίαν, περὶ ἧς ὁ λόγος γίνεται ἐναντίως, ἢ κατὰ ἓν τούτων, ἢ κατὰ πλείω, ἢ κατὰ πάντα τὰ εἰρημένα λαμβάνεσθαι τὴν οὐσίαν τὴν τοιαύτην, ἐφαρμοττόντων καὶ τῇ ὕλῃ καὶ τῷ εἴδει. καὶ τῷ συναμφοτέρῳ τῶν εἰρημένων.

A eodem erit ſimiliter continente. Contrà verò ſe res habet circa hác eſſentiá, de qua in præſentia diſputamus, circa quam probabile videtur vel ſecundum vnũ a liquid eorum quæ dicta ſunt, vel plura, vel omnia, ſubſtantiam talem accipere: dum videlicet ea quæ dicta ſũt, materiæ & formæ & compoſito cõgruũt.

*Ens non ſecundum eandem rationem, ſed diuerſam quidem, quamuis per quandam ſimilitudinem prædicatur de ſubſtantia incorporea & corporea, atq; de accidente Cap. VI.*

*Subſtantia corporea comparata quidem ad incorpoream non habet eſſe ex ſe, ſed ex illa: comparata uerò ad accidentia ſua obtinet eſſe ſecundum ſe, & prius atq; ſimpliciter: Accidentia uerò ſortiuntur eſſe per illam, poſteriusq; & eſſe quodammodo. Fit autem hic quaſi uiciſſitudo quædam: nam & accidens per ſubſtantiam habet ſimpliciter eſſe, & ſubſtantiam per accidentia nanciſcitur eſſe tale, uel tali quodam pacto.*

ΕΙ' δέ τις λέγοι ὡς ταῦτα μὲν ἔστω τεθεωρημένα περὶ τὴν οὐσίαν, ὃ δ' ἔστιν οὐκ εἴρηται, αἰτεῖ ἴσως αἰσθητὸν ἰδεῖν τοῦτο. τὸ δ' ἐστὶ τοῦτο καὶ τὸ εἶναι, οὐκ ἂν ὁρῷτο. τί οὖν τὸ πῦρ οὐκ οὐσία καὶ τὸ ὕδωρ; οὐσία οὖν ἑκάτερον ὅτι ὁρᾶται; οὔ. ἀλλὰ τῷ ὕλην ἔχειν; οὔ. ἀλλὰ τὸ εἶδος; οὐδὲ τοῦτο. ἀλλ' οὐδὲ *τῷ συναμφότερον. ἀλλὰ τίνι δή; τῷ εἶναι. ἀλλὰ καὶ τὸ ποσόν ἐστι. καὶ τὸ ποιόν ἐστιν. ἡμεῖς δὴ φήσομεν, ἆρα ὅτι ὁμωνύμως; ἀλλὰ τί τὸ ἐπὶ πυρὸς καὶ γῆς καὶ τῶν τοιούτων, τὸ ἐστί; καὶ τίς ἡ διαφορὰ τούτου τοῦ ἐστὶ, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἢ ὅτι τὸ μὲν ἁπλῶς εἶναι λέγει, καὶ ἁπλῶς ὄν, τὸ δὲ λευκὸν εἶναι. τί οὖν, τὸ εἶναι τὸ προσκείμενον τῷ λευκῷ, ταὐτὸν τῷ ἄνευ προσθήκης; οὔ. ἀλλὰ τὸ μὲν πρώτως ὄν, τὸ δὲ κατὰ μετάληψιν καὶ δευτέρως. τὸ, τέ γὰρ λευκὸν προστεθὲν, τῷ ὄντι, πεποίηκε λευκὸν τὸ ὄν. τὸ, τέ ὂν τῷ λευκῷ προστεθὲν, πεποίηκε λευκὸν ὄν. ὥς τε ἑκατέρῳ, τῷ μὲν ὄντι, συμβεβηκὸς τὸ λευκόν. τῷ δὲ λευκῷ, συμβεβηκὸς τὸ ὄν. καὶ οὐχ οὕτως λέγομεν, ὡς εἴποι τις τὸν σωκράτην λευκὸν, καὶ τὸ λευκὸν σωκράτην. ἐν γὰρ ἀμφοτέροις ὁ σωκράτης ὁ αὐτός. ἀλλ' ἴσως τὸ λευκὸν οὐ ταὐτόν. ἐπεὶ γὰρ τοῦτο λευκὸν σωκράτης, ἐμπεριείληπται ὁ σωκράτης τῷ λευκῷ. ἐν δὲ τῷ σωκράτης λευκὸς, καθαρῶς συμβεβηκὸς τὸ λευκόν. καὶ ἐνταῦθα τὸ ὂν λευκὸν, συμβεβηκὸς ἔχει τὸ λευκόν. ἐν δὲ τῷ, τὸ λευκὸν ὄν, τὸ λευκὸν συνειλημμένον *τὸ ὄν, τὸ καὶ ὅλως τὸ μὲν λευκὸν ἔχει τὸ εἶναι. ὅτι περὶ τὸ ὂν, καὶ ἐν ὄντι. παρ' ἐκείνου οὖν τὸ εἶναι. τὸ δὲ ὂν, περὶ *αὐτοῦ τὸ ὄν. παρὰ δὲ τοῦ λευκοῦ τὸ λευκόν, οὐχ ὅτι αὐτὸ ἐν τῷ λευκῷ, ἀλλ' ὅτι τὸ λευκὸν ἐν αὐτῷ. ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τοῦτο τὸ ὂν τὸ ἐν τῷ αἰσθητῷ οὐ παρ' αὐτοῦ ὄν, λεκτέον ὅτι παρὰ τοῦ ὄντως ὄντος ἔχει τὸ ὄν· παρὰ δὲ τοῦ ὄντως λευκοῦ, ἔχει τὸ λευκὸν εἶναι. κἀκείνου τὸ λευκὸν ἔχοντος, κατὰ μετάληψιν τοῦ

* τὸ
* τῷ
* αὐτοῦ

A SIquis autem dixerit, hæc quidem cõſiderata fuiſſe circa eſſentiam ſiue ſubſtantiam: quid uerò ipſa ſit non fuiſſe dictum, forſan vlterius exigit ſenſibile hoc inſpicere. At verò hoc ipſum eſt, atq; eſſe inſpici nequit. Quid ergo? nonne ignis & aqua eſt eſſentia? eſſentia ſit vtrunq;. nunquid ex eo quod videátur? nequaquam. An forſan ex eo quod materiá habeant? Neq; etiá ob hoc ipſum. Sed num quo- B niam habeant ſpeciem? Neque hanc ob cauſam: ſed neque etiam propterea, quòd ibi ſit compoſitum. Quónam igitur dicuntur eſſentia? ipſo nimirum eſſe. Verùm etiam quantitas eſt, & qualitas eſt. Nos verò fortè dicemus hoc ipſum eſt, de illis atq; his ęquiuocè dici. Sed deinde quæretur, quidnam ſit hoc ipſum eſt in igne & terra cæteriſque eiuſmodi? & quænam differentia ſit huius ipſius eſt, atque illius eſt, quod cõuenit alijs? Reſpondebitur C forſan, hoc differre, quòd hoc quidem eſt, ſimpliciter eſſe ſignificat, enſque ſimpliciter, illud verò ſignificat album eſſe. Quid ergo? nũquid ipſum eſſe quod albo eſt adhibitum, idẽ eſt atque illud cui nihil adiungitur? Nequaquam. Sed hoc quidem primo ens exiſtit, illud autem ſecundum participationem, graduque ſecundo: nam & album enti adiunctum, ens reddidit albũ, & ens adiunctum albo, album ens effecit: quapropter accidens eſt enti D quidem album, albo verò ens quoque viciſſim. Neq; ita loquimur, vt aliquis fortaſſe diceret: Socratem videlicet album, & album Socratem: nam in vtriſque Socrates ipſe idem eſt: fortè verò album non ſimiliter idem. Vbi enim dicitur, album eſt Socrates, in albo Socrates eſt incluſus: vbi verò dicitur, Socrates eſt albus, album eſt purè cõtingens. Atqui & in his de quibus agimus ens album, accidens habet album. Sed vbi dicitur album eſt ens, E ipſum album quodammodo ens habet incluſum: & omnino album quidem habet eſſe, quoniá circa ens, & in ente verſatur: ab illo igitur accipit eſſe. Ens autem à ſeipſo quidem ens exiſtit: ab albo verò fit album, non quia ſit ipſum in albo, ſed è cõuerſo, quoniá in ipſo ſit albũ. At verò cùm & hoc ens quod in ſenſibili natura eſt, nõ à ſe ipſo ſit ens, iccirco dicẽdũ eſt, ab ipſo q̃dẽ ente vero ens habere, ſed ab ipſo verè albo, eſſe albũ accipere: quippe cũ & ens illud habeat eſſe albũ ſecũdũ participationem quandá ipſius illic exiſtenteis albi: & viciſsim albũ ip-

ſum habeat eſſe participatione entis, ibi regnantis.

ἐκεῖ ὄντος ἔχοντος τὸ εἶναι.

*Et materia & forma materialis à cauſa ſeparata dependent, cui forma eſt ſimilior quàm materia: Ideo forma magis eſt ens, & eſſentia, & ſubſtantia quàm materia. Cap. VII.*

*Iccirco nec ens, nec eſſentia, uel ſubſtantia prædicatur de materia ſimul & forma tanquam genus uniuocum, ſed tanquam analogum, id eſt proportionale genus, atque comparabile. Præterea eſſentia minus adhuc conuenit accidentibus quàm ſubſtantijs. Nam ſubſtantiæ ſcilicet materia, forma, cōpoſitum, cōmuni quadam conditione ſui iuris exiſtunt. Accidentia uerò ſunt mancipata ſubſtantijs. Denique materia ſupernè dependet ex eo quòd minimè ideale: forma uerò ex eo quod ideale quammaximè cogitatur.*

SI quis verò dixerit quæcunque hic ſunt in materia, eſſe ab eadem habere, quæremus vnde nam materia eſſe, atque ens habeat. Materiam quidem non eſſe in rerum ordine primùm alibi diximus: ſin autem dicatur alia nō poſſe cōſiſtere, niſi in materia ſint, nos eiuſmodi eſſe ſenſibilia confitebimur. Ipſam verò materiam, quæ ante hæc eſt, poſteriorē eſſe multis: & ijs quæ ibi ſunt omnibus nihil prohibet: quippe quum obſcurum eſſe habeat, minúſque eſſe quàm illa quæ ſunt in ea: quatenus hęc quidem rationes quædam ſunt, magisque ſunt ex ente eiusque natura: materia verò rationis omnino ſit expers, & quædam rationis vmbra, caſusque rationis. At ſiquis adduxerit eam ita eſſe tradere ijs quę ſunt in ea, quemadmodum Socrates albedini quę eſt in Socrate, dicendum eſt, quòd magis quidē ens eſt, tradere poſſe ei quod eſt minus ens eſſe minus: quod verò minus eſt ens, nunquam magis enti tribuere. At verò ſi ſpecies magis ens quàm materia eſt, non amplius ipſum ens de vtriſque velut commune aliquid prædicabitur, neque eſſentia genus erit habens ſub ſe materiam, & ſpeciem & compoſitum: verùm communia quidem multa ijs erunt, quæ iamdiu dicimus: verumtamen ipſum eſſe differens erit. Quando enim magis ens circa minus ens accedit, hoc ordine quidem prius eſt, eſſentiæ verò gradu poſterius. Quamobrē niſi æquè eſſentia ſit ſpecies atque materia, rurſúſque materia atq; ſpecies & compoſitum, nunquam eſſentia commune aliquid ijs erit velut genus: aliter tamen ſe habebit erga illa quæ ſunt poſt ipſa, tanquam cōmune quiddam id habens ad ipſa quòd ſui ipſorum propriè ſint: quemadmodum in ordine vitæ, alia quidem debilis eſt, alia efficacior: ſimiliterq; imaginum, hæc leuis quędā ſubfiguratio eſt, illa verò expreſsio abſolutior. Si quis autem gradu quodam ipſius eſſe exiguo metiatur eſſe, quod verò in alijs plus eſt obmittat, hoc rurſus eſſe cōmune erit. Sed enim aduertendum eſt, ne fortè non ita ſit faciendum. Aliud enim vnumquodq; totum, ſed non eſt commune aliquid hoc quod eſt exiguū & obſcurum, ſicut in vita non eſt cōmune quiddā vegetali, ſenſuali, intellectuali: itaque & hîc ipſum eſſe, aliud quidem eſt in materia, aliúdque in forma: atque hæc ambo ab vno quodā dependent, aliter eis, & aliter affluente. Non ſolùm enim vbi ſecundum à primo eſt, & tertium à ſecundo, ibi prius quidem illud magis eſt tale, poſterius autem deterius eſt & minus: verùm etiam ſi ab eodem ambo dependeant, ſimilem quandam ſucceſsionem licet inſpicere: ceu lutum figuli magis quidem igne concoctum, vas efficitur ſiue tegula: ſed erit ibidem & minus cōcoctum,

A Εἰ δέ τις λέγοι παρὰ τῆς ὕλης ἔχειν τὰ
τῇ δὲ ὅσα ἐπ' αὐτῆς τὸ εἶναι, πόθεν ἕξει ἡ ὕλη
τὸ εἶναι καὶ τὸ ὄν, ἀπαιτήσομεν. ὅτι δὲ μὴ πρῶ-
τον ἡ ὕλη, εἴρηται ἐν ἄλλοις. εἰ δὲ ὅτι τὰ ἄλλα
οὐκ ἂν συσταίη μὴ ἐπὶ τῆς ὕλης, τὰ αἰσθητὰ
φήσομεν. πρὸ τούτων δὲ οὖσαν, ὕστερον πολλῶν
εἶναι, καὶ τῶν ἐκεῖ πάντων, οὐδὲν κωλύει ἀμυ-
B δρὸν τὸ εἶναι ἔχουσαν καὶ ἧττον, ἢ τὰ ἐφ' αὐ-
τῆς. ὅσῳ τὰ μὲν λόγοι. καὶ μᾶλλον ἐκ τοῦ ὄν-
τος. ἡ δ' ἄλογος παντελῶς, σκιὰ λόγου, καὶ ἔκ-
πτωσις λόγου. εἰ δέ τις λέγοι ὅτι τὸ εἶναι αὕτη
δίδωσι τοῖς ἐπ' αὐτῆς, ὥσπερ ὁ σωκράτης τῷ
ἐπ' αὐτοῦ λευκῷ, λεκτέον ὅτι τὸ μὲν μᾶλλον
ὂν, δοίη ἂν τῷ ἧττον ὄντι, τὸ εἶναι ἧττον. τὸ δὲ
ἧττον ὂν, οὐκ ἂν δοίη τῷ μᾶλλον ὄντι: ἀλλ' εἰ
C μᾶλλον ὂν τὸ εἶδος τῆς ὕλης, οὐκέτι κοινόν τι τὸ
ὂν κατ' ἀμφοῖν. οὐδ' ἡ οὐσία γένος ἔχον τὴν ὕ-
λην, τὸ εἶδος, τὸ συναμφότερον. ἀλλὰ κοινὰ
μὲν πολλὰ αὐτοῖς ἔσται, ἅπερ λέγομεν. διάφο-
ρον δὲ ὅμως τὸ εἶναι. περὶ γὰρ ἐλάττονας ὄν,
μᾶλλον ὂν προσελθὼν, τάξει μὲν πρῶτον ἂν
εἴη, οὐσίᾳ δὲ ὕστερον. ὥστε εἰ μὴ ἐπίσης τὸ εἶ-
δος τῇ ὕλῃ καὶ τῷ εἴδει, καὶ τῷ συναμφοτέ-
D ρῳ, κοινὸν μὲν οὐκ ἂν ἔτι εἴη ἡ οὐσία, ὡς γένος.
ἄλλως μέντοι ἕξει πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα, ὡς
κοινόν τι πρὸς ἐκεῖνα ἔχουσα τῶν αὐτῶν εἶναι.
ὡς ζωῆς ἡ μέν τις ἀμυδρὰ, ἡ δὲ* ἐνεργεστέρα. *ἐναργεστέρα.
καὶ εἰκόνων, ἡ μέν τις ὑποτύπωσις, ἡ δὲ ἐξ-
εργασία μᾶλλον. εἰ δὲ τῷ ἀμυδρῷ τοῦ εἶναι
μετρεῖ τὶς τὸ εἶναι, τὸ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις πλέον
ἐῴη, τοῦτο πάλιν αὖ κοινὸν ἔσται τὸ εἶναι. ἀλ-
λὰ μή ποτε οὐχ οὕτω δεῖ ποιεῖν. ἄλλο γὰρ ἕ-
E καστον ὅλον, ἀλλ' οὐ κοινόν τι τὸ ἀμυδρόν. ὥσ-
περ ἐπὶ τῆς ζωῆς, οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι, ἐπιθρε-
πτικῆς καὶ αἰσθητικῆς καὶ νοερᾶς. καὶ ἐνταῦ-
θα τοίνυν τὸ εἶναι, ἄλλο ἐπὶ τῆς ὕλης καὶ εἴδους.
καὶ συνάμφω, ἀφ' ἑνὸς ἄλλως καὶ ἄλλως ῥυέντος.
οὐ γὰρ μόνον δεῖ, εἰ τὸ δεύτερον ἀπὸ τοῦ πρώτου,
τὸ δὲ τρίτον ἀπὸ τοῦ δευτέρου, τὸ μὲν μᾶλ-
λον, τὸ δὲ ἐφεξῆς χεῖρον καὶ ἔλαττον, ἀλ-
F λὰ κἂν ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄμφω οἷδε τὸ μὲν μᾶλ-
λον μετασχὸν πυρὸς, οἷον κέραμος. τὸ δὲ ἧττον,

ὥς τε μὴ κέραμος γενέσθαι. τάχα δὲ οὐδ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἡ ὕλη καὶ τὸ εἶδος. διαφορὰ γὰρ καὶ ἐν ἐκείνοις.

A coctum, adeò vt vas vel tegula minimè fiat. Forſan verò non ab eodem materia eſt & ſpecies. differentia enim eſt & in illis.

*Vbi de ſubſtantia ſenſibili loquimur, præſtat accipere compoſitum quàm materiam aut formam. Compoſitarũ verò ſubſtantiarum generaliter proprium eſt, vt ſubiecta quidem ſint, neq; ſit in ſubiectis. Cap. VIII.*

*Subſtantia incorporea pura ſubſtantia eſt, quoniam ab accidentibus non dependet: corporea verò non eſt ſubſtantia pura, quoniam ex accidentibus quibuſdam ſaltem intimis proprijsq; conficitur, alioquin non erit ſubſtantia corporea ſenſibilisq;, quam in præſentia quærimus.*

A ἈΛΛ' ἆρα τὸ μὲν διαιρεῖν εἰς στοιχεῖα, ἐᾶν δεῖ. καὶ μάλιστα περὶ τῆς αἰσθητῆς οὐσίας λέγοντα, ἣν δεῖ αἰσθήσει μᾶλλον ἢ λόγῳ λαμβάνειν. καὶ τὸ ἐξ ὧν σύγκειται, μὴ προσποιεῖσθαι. οὐ γὰρ οὐσίαι ἐκεῖνα, ἢ οὐκ αὖ αἰσθηταί γε οὐσίαι. ἑνὶ δὲ γένει περιλαμβάνοντα τὸ κοινὸν, ἐπὶ λίθου, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ τῶν ἐκ τούτων φυτῶν, *ᾗ αἰσθητά. καὶ ζώων ὡσαύτως. οὐ γὰρ παραλελείψεται ἡ ὕλη. οὐ δὲ τὸ εἶδος. B ἡ γὰρ αἰσθητὴ οὐσία, ἔχει ταῦτα. ὕλη γὰρ καὶ εἶδος, πῦρ καὶ γῆ καὶ τὰ μεταξύ. τὰ δὲ σύνθετα, ἤδη πολλαὶ οὐσίαι εἰς ἕν. καὶ τὸ κοινὸν πᾶσι τούτοις, ἢ τῶν ἄλλων κεχωρίσθαι. ὑποκείμενα γὰρ ταῦτα τοῖς ἄλλοις, καὶ οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ. οὐδὲ ἄλλου. καὶ ὅσα εἴρηται, ὑπάρχει ταύτῃ. ἀλλ' εἰ ἡ αἰσθητὴ οὐσία οὐκ ἄνευ μεγέθους, οὐδ' ἄνευ ποιότητος, πῶς ἔτι τὰ συμβεβηκότα χωρίσο- C μεν. χωρίζοντες γὰρ ταῦτα, τὸ μέγεθος, τὸ σχῆμα, τὸ χρῶμα, ξηρότητα, ὑγρότητα, τί τὴν οὐσίαν αὐτὴν θησόμεθα. ποιαὶ γὰρ οὐσίαι αὗται. ἀλλὰ τί ἐστι περὶ ὃ συμβαίνει τὰ τοιοῦτα ἐκ τοῦ μόνον οὐσίαν εἶναι, ποιὰν οὐσίαν εἶναι. καὶ ἔσται τὸ πῦρ οὐχ ὅλον οὐσία, ἀλλά τι αὐτοῦ, οἷον μέρος. τοῦτο δὲ τί ἂν εἴη, ἢ ὕλη. ἀλλὰ ἆρά γε ἡ αἰσθητὴ οὐσία συμφόρησίς τις ποιοτήτων καὶ ὕ- D λης, καὶ ὁμοῦ μὲν πάντα ταῦτα συμπαγέντα ἐπὶ ὕλης μιᾶς, οὐσία· χωρὶς δὲ ἕκαστον λαμβανόμενον, τὸ μὲν ποιὸν, τὸ δὲ ποσὸν ἔσται, ἢ ποιὰ πολλά; καὶ ὃ μὲν αὖ ἐλλεῖπον μή πως ἀπηρτισμένην ἐᾷ γίνεσθαι τὴν ὑπόστασιν, μέρος τῆς δὲ τῆς οὐσίας. ὃ δ' ἂν γενομένῃ τῇ οὐσίᾳ ἐπισυμβῇ τὴν οἰκείαν ἔχει τάξιν. οὐ κρυπτόμενον ἐν τῷ μίγματι, τῷ ποιοῦντι τὴν λεγομένην οὐσίαν. καὶ οὐ τοῦτό φημι, ὡς ἐκεῖ μετὰ τῶν ἄλ- E λων ὂν, ἐστὶν οὐσία, συμπληροῦν ἕνα ὄγκον τοσόνγε καὶ τοιόνδε, ἀλλαχοῦ δὲ μὴ συμπληροῦν, ποιὸν, ἀλλὰ μὴ δὲ ἐκεῖ ἕκαστον οὐσίαν, τὸ δ' ὅλον τὸ ἐκ πάντων οὐσίαν. καὶ οὐ δυσχεραντέον εἰ τὴν οὐσίαν τὴν αἰσθητὴν, ἐξ οὐκ οὐσιῶν ποιοῦμεν. οὐ δὲ γὰρ τὸ ὅλον ἀληθὴς οὐσία, ἀλλὰ μιμούμενον τὴν ἀληθῆ. F

A SED forſan decet obmittere nunc in elementa diuidere, præſertim vbi de ſenſibili ſubſtantia diſputamus, quam ſenſu potius quã ratione decet accipere, neque ex quibus componatur adiungere. Non enim illa ſubſtantiæ ſunt, aut certè ſubſtantię non ſenſibiles. Operæpretium verò videtur vno quodam genere comprehendere quod cõmune eſt lapidi, terræq;, & aquæ, & ijs inſuper quæ ex his compo- B nũtur, plantis ſcilicet, animalibusq; quatenus ſenſibilia ſunt: ſic enim neq; materia, neq; forma interim nobis prętermittetur: ſubſtãtia nãq; ſenſibilis hæc in ſe habet. Nã ignis & terra horũq; media, & materia ſunt, & forma: cõpoſita verò iã ſunt ſubſtãtiæ multæ in vnum conciliatæ: atqui omnibus ijs cõmune eſt hoc ipſum quo ab alijs ſeparantur. Hæc enim reliq̃s ſubiecta ſunt, neq; ſũt in ſubiecto, neq; alieni iuris eſſe cẽſentur. Et omnino quę- C cunque narrauimus tanquam ſubſtantię propria huic ritè conueniunt. Cæterùm ſi ſubſtantia ſenſibilis abſq; magnitudine & qualitate non eſt, quónam pacto ab hac accidentia ſegregabimus? Separantes enim hæc magnitudinem, figuram, colorem, ſiccitatem, humiditatem, quid nã vlterius eam eſſe ponemus? hæ nanque ſubſtantiæ quales quædam ſubſtantiæ ſunt. Verùm aliquid certè eſt, circa quod hæc ipſa concurrunt, quæ ſimul effici- D unt, vt quæ ſolùm ſubſtantia erat, ſubſtantia talis euadat: atque ita ignis non totus ſubſtãtia erit, ſed aliquid eius velut pars eſſe ſubſtãtia iudicabitur. Hoc autem quidnam erit? Forſan verò materia. Num igitur ſenſibilis ſubſtantia congeries quædam eſt qualitatum atque materiæ? atque hæc omnia commiſta ſimul in vna materia ſubſtantia ſunt. Vnumquodque verò ſeorſum inde acceptum, aliud quale erit, aliud verò quantum, vel qualia E multa. Tum verò quod inter hæc ita ſe habet, vt ſiquando defuerit, imperfectam relinquat eſſentiam, huius eſſentiæ pars exiſtit. Quod autem eſſentiæ iam abſolutæ cõtingit, alium quendam proprium obtinet ordinem, neque in ea includitur miſtione, quæ dictam hanc eſſentiam conficit. Nec equidem in præſentia dico tale aliquid, dum ibi eſt vnà cũ reliquis, eſſentiam ſiue ſubſtantiam eſſe, dum videlicet F molem vnam complet tantam propriè atque talem. Vbi verò non complet eiuſmodi aliquid, eſſe potius qualitatem. Sed dico nec ibi quidem quicquid eſt, eſſe ſubſtantiam: totum verò ex omnibus congregatum, ſubſtantiam eſſe. Neque grauiter ferendum eſt, ſi ſubſtantiam ſenſibilem ex non ſubſtantijs componamus: neque enim id totum vera ſubſtantia eſt & eſſentia, ſed veram potius eſſentiam imitatur.

Quæ

Quæ quidē abſq; reliquis circa eam poſitis, ens in ſe poſsidet, atque ita vt alia ex ipſa fiant, propterea quòd ipſa reuera ꝓrſus exiſtat. Hic autem etiā quod pro fundamento ſubijcitur ſterile eſt, neque ſufficiens ad hoc ſaltem vt ſit ens, nedum ex eo reliqua eſſe reportent: ſed vmbra quædam eſt, atque in ipſa velut vmbra, pictura quædam fit, nec verum ens, ſed prorſus apparens.

A ἤ τις, ἄνευ τῶν ἄλλων τῶν περὶ αὐτὴν ἔχει τὸ ὄν, καὶ τῶν ἄλλων ἐξ αὐτῆς γινομένων, ὅτι ἀληθῶς ἦν, ὧδι δὲ καὶ τὸ ὑποβεβλημένον ἄγονον. καὶ οὐχ ἱκανὸν εἶναι ὄν, ὅτι μὴ δὲ ἐξ αὐτοῦ τὰ ἄλλα. σκιὰ δὲ, καὶ ἐπὶ σκιᾷ αὐτῇ οὔσῃ ζωγραφία καὶ τὸ φαίνεσθαι.

*Species ſub genere ſubſtantiæ numerādæ ſunt uel per diſtinctionem corporum inter ſe, ceu ſimpliciū miſtorum animatorum. Non autem dicendum ſubſtantiam primam eſſe hunc hominem, ſecundam uerò ipſum communiter hominem. Cap. IX.*

*Species eſt uniuerſalior indiuiduo, ergo ſimplicior : igitur & natura prior. quare eſſentia quoque perfectior. Hic enim homo, id eſt homo talis & in tali materia, fit poſterius participatione quadā ſpecialis ipſius rationis humanæ, prius quidem perfectiusq; in ſe exiſtentis, deinde alijs ſeipſam impartientis.*

HACTENVS de illa quæ ſenſibilis ſubſtātia dicitur, & vno eius genere ita ſit dictū: Species aūt eius quas potiſsimū afferre quis poteſt? & quomodo diuidet? Profectò vniuerſum hoc ponēdum eſt eſſe corpus: in quo quidē alia magis materialia ſint, alia verò organica, id eſt varijs prædita inſtrumentis. Et materialia quidem illa velut ignis, terra, aqua, & aer: organica verò plantarum animaliumq; corpora diſtincta inter ſe per forms: deinde ſpecies terræ licet accipere elementorumq; aliorum: atque in corporibus organicis plantarū & animalium corpora per formas ritè diuidere, vel etiā diſtinguere ex eo quòd hæc quidem terram habitantia terrenaq; ſunt, illa verò ad elementūquoduis aliud ſimiliter pertinentia. Aut fortè corporum alia leuia, alia grauia, alia media: & hæc quidem in medio mundi conſiſtere: illa verò deſuper circūfundi: illa denique regionem mediam occupare. Atque in vnoquoq; horum corpora iā figuris inter ſe diſtincta, adeò vt corpora ſint partim cœleſtium animaliū, partim per reliqua elemēta: aut primò quidē in elementa quatuor tanquam ſpecies: deinde alio modo inuicem commiſcere, atque ita eorum differentias procreare ſecundum loca, & formas & miſtiones, velut quæ ignea vel terrena dici ſolēt: propterea quòd elemētū ibi tale exuberet & excedat. Quòd aūt fertur alias eſſe ſubſtātias primas, alias verò ſecūdas, ceu hic ignis, & ipſe ignis, putandū eſt aliter quidē differentiam inter ſe habere, ex eo quòd hoc quidē ſingulare eſt, illud autem vniuerſale, non tamen ſubſtantiæ differentiam vllam admittere: nam & in genere qualitatis aliquid album eſt & album: item grāmatica quædam atque grāmatica. Præterea quidnā minus habet grāmatica ad grāmaticā aliquam cōparata, & omnino ſcientia cū ſcientia quadā collata? Non enim grāmetica poſterius eſt grāmatica quadam: ſed potius cum ſit grāmatica ipſa, eſt & hæc in te grāmatica, quandoquidem & quæ in te eſt, ideo aliqua eſt, quia in te ſit: ipſa verò eadem eſt, atque vniuerſalis grāmatica. Item Socrates nō dedit ei qui nō erat homo, vt eſſet homo, ſed homo potius id Socrati dedit. nam homo aliquis participatione hominis eſt aliquis homo. Proinde Socrates quid nā aliud eſt, quàm talis homo? Hoc ipſum verò quod talis dicitur, quid nam confert

A ΚΑῚ περὶ μὲν τῆς λεγομένης οὐσίας αἰσθητῆς καὶ γένους ἑνὸς, ταύτῃ: εἴδη δ' αὐτοῦ τίνα ἄν τις θεῖτο; καὶ πῶς διέλοι; σῶμα μὲν οὖν τὸ σύμπαν θετέον εἶναι, τούτων δὲ τὰ μὲν ὑλικώτερα, τὰ δὲ ὀργανικά. ὑλικώτερα μὲν, πῦρ, γῆ, ὕδωρ, ἀήρ· ὀργανικὰ δὲ, τὰ τῶν φυτῶν, καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα, κατὰ τὰς μορφὰς τὰς παραλλαγὰς σχόντα. εἶτα εἴδη γῆς
B λαμβάνειν, καὶ τῶν ἄλλων στοιχείων. καὶ ἐπὶ τῶν σωμάτων τῶν ὀργανικῶν, τὰ, τὲ φυτὰ καὶ τὰς μορφὰς διαιροῦντα, καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα. ἢ τῷ τὰ μὲν ἐπίγεια καὶ ἔγγεια, καὶ καθ' ἕκαστον στοιχεῖον τὰ ἐν αὐτῷ. ἢ τῶν σωμάτων τὰ μὲν κοῦφα, τὰ δὲ βαρέα, τὰ δὲ μεταξύ. καὶ τὰ μὲν ἑστάναι ἐν μέσῳ, τὰ δὲ περιέχειν ἄνωθεν.
C τὰ δὲ μεταξὺ καὶ ἐν ἑκάστῳ τούτων σώματα ἤδη σχήμασι διειλημμένα, ὡς εἶναι σώματα τὰ μὲν ζώων ἀνθρωπίνων, τὰ δὲ κατὰ ἄλλα στοιχεῖα. ἢ καὶ εἴδη διαστησάμενον τὰ τέσσαρα, τὸ μετὰ τοῦτο ἄλλον τρόπον ἤδη συμπλέκειν, καὶ μιγνύντα τὰς διαφορὰς αὐτῶν κατὰ τοὺς τόπους. καὶ τὰς μορφὰς, καὶ τὰς μίξεις, οἷον πύρινα, ἢ γήϊνα, τῷ πλείονι, καὶ ἐπικρατοῦντι λεγό-
D μενα. τὸ δὲ πρώτας καὶ δευτέρας λέγειν, τόδε τὸ πῦρ. καὶ πῦρ ἄλλως μὲν ἔχειν διαφορὰν, ὅτι τὸ μὲν καθέκαστον· τὸ δὲ καθόλου, οὐ μέν τοι οὐσίας διαφοράν, καὶ γὰρ καὶ ἐν ποιῷ τι λευκὸν, καὶ λευκόν. καὶ γραμματική τις, καὶ γραμματική. ἔπειτα τί ἔλαττον ἔχει ἡ γραμματική, πρὸς τινὰ γραμματικήν. καὶ ὅλως ἐπιστήμη, πρὸς τινὰ ἐπιστήμην. οὐ γὰρ ἡ γραμματικὴ ὕ-
E στερον, τῆς τινὸς γραμματικῆς, ἀλλὰ μᾶλλον οὔσης γραμματικῆς, καὶ ἡ ἐν σοὶ, ἐπεὶ καὶ ἡ ἐν σοὶ, τίς ἐστι τῷ ἐν σοί. αὕτη δὲ ταὐτὸν τῇ καθόλου. καὶ ὁ σωκράτης, οὐκ αὐτὸς ἔδωκε τῷ μὴ ἀνθρώπῳ, τὸ εἶναι ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος τῷ σωκράτῃ. μεταλήψει γὰρ ἀνθρώπου, ὁ τὶς ἄνθρωπος. ἔπειτα ὁ σωκράτης τί ἂν εἴη, ἢ ἄνθρωπος τοιόσδε. τὸ δὲ τοιόσδε, τί ἂν ἐργα-

ζοιτο πρὸς τὸ μᾶλλον οὐσίαν εἶναι. εἰ δ᾽ ὅτι τὸ μὲν εἶδος μόνον ὁ ἄνθρωπος, τὸ δὲ εἶδος ἐν ὕλῃ, ἧττον ἄνθρωπος κατὰ τοῦτο ἂν εἴη. ἐν ὕλῃ γὰρ ὁ λόγος χείρων. εἰ δὲ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐ καθ᾽ αὑτὸ εἶδος, ἀλλ᾽ ἐν ὕλῃ, τί ἔλαττον ἕξει τοῦ ἐν ὕλῃ, καὶ αὐτὸς λόγος τοῦ ἔν τινι ὕλῃ. ἔτι πρότερον τῇ φύσει, τὸ γενικώτερον. ὥστε καὶ τὸ εἶδος, τοῦ ἀτόμου. τὸ δὲ πρότερον τῇ φύσει, καὶ ἁπλῶς πρότερον. πῶς οὖν ἂν ἧττον εἴη. ἀλλὰ τὸ καθ᾽ ἕκαστον πρὸς ἡμᾶς γνωριμώτερον ὂν, πρότερον. τοῦτο δ᾽ οὐκ ἐν τοῖς πράγμασι τὴν διαφορὰν ἔχει. ἔπειτα οὕτως, οὐχ εἷς λόγος τῆς οὐσίας. οὐ γὰρ ὁ αὐτὸς τοῦ πρώτως καὶ δευτέρως. οὐδ᾽ ὑφ᾽ ἓν γένος.

A fert ad id, vt magis ſubſtantia ſit? Si autem dicatur ob id conferre, quòd homo ſpecies tantùm ſit, homo verò aliquis ſpecies in materia, ſequetur vt hic propterea minus homo ſit: ratio enim ipſa in materia fit deterior. Sin autẽ & homo nõ ſecundum ipſã ſpeciem tantùm ſit, ſed ſit etiam in materia, quidnam minus habebit, quã hominis ſpecies in materia quadam exiſtens, cùm illa ipſa ratio ſit huius exi- B ſtentis in materia quadam? Item prius natura eſt, quòd eſt generalius, ideóque & ſpecies eſt indiuiduo prior. Quod verò natura prius eſt, ſimpliciter quoq; prius. Quo igitur modo id minus erit? Verùmtamen ſingulare nobis nõtius eſt, ideoq; nobis & prius: hoc aũt nullam in rebus differentiã efficit. Denique ſi ita res ſe habeat, nõ vna erit ſubſtãtię ratio: nõ enim eadem ratio eſt eius quod primò tale eſt, atque eius quod ſecundò tale: neque talia ſub vno genere congregantur.

*Genus ſubſtantiæ ſenſibilis in ſpecies diuiſuri, ritè per illa quæ ad ſenſũ pertinent diſtinguere poſſumus, ſcilicet per qualitates ſiue ſimplices ſiue miſtas, item per formas & figuras, atq; loca. Cap. X.*

ἐν σχέσει οὖν τῇ πρὸς ἄλλο. πάθος δὲ τὸ μὲν ἐν τῷ πάσχειν ἔτι, οὐ ποιότης, ἀλλά τις κίνησις. τὸ δὲ ἐν τῷ πεπονθέναι καὶ ἔχειν μένον ἤδη τὸ πάθος, ποιότης. εἰ δὲ μὴ ἔχει ἔτι τὸ πάθος, λέγοιτο δὲ πεπονθέναι, κεκινῆσθαι. τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ ἦν ἐν κινήσει. δεῖ δὲ μόνον κίνησιν νοεῖν, ἀφαιροῦντα τὸν χρόνον. οὐ δὲ γὰρ οὐ δὲ τὸ νῦν, προσλαμβάνειν προσήκει. τὸ δὲ καλῶς καὶ τὰ τοιαῦτα, εἰς μίαν νόησιν τὴν τοῦ γένους ἀνακτέον. εἰ δὲ τὸ μὲν ἐρυθριᾶν εἰς τὸ ποιὸν ἀνακτέον, τὸν δὲ ἐρυθρὸν μηκέτι, ἐπισκεπτέον. τὸ μὲν γὰρ ἐρυθαίνεσθαι, ὀρθῶς οὐκ ἀνακτέον, πάσχει γὰρ, ἢ ὅλως κινεῖται. εἰ δὲ μηκέτι ἐρυθαίνεται, ἀλλ᾽ ἤδη ἐστὶ, διατί οὐ ποιός. οὐ γὰρ χρόνῳ ὁ ποιὸς, ἢ τίνι ὁριστέον. ἀλλὰ τῷ τοιῷ δε καὶ ἐρυθρὸν λέγοντες, ποιὸν λέγομεν. ἢ οὕτως τὰς ἕξεις μόνας ποιότητας ἐροῦμεν· τὰς δὲ διαθέσεις οὐκ ἔτι. καὶ θερμὸς τοίνυν, οὐχ ὁ θερμαινόμενος, καὶ νοσῶν, οὐχ ὁ ἀγόμενος εἰς νόσον.

A itaque in habitudine quadam ad aliud reſpiciente locatur. Proinde paſsio quæ adhuc in patiendo verſatur, non eſt qualitas, ſed motio quædam: quæ verò ex eo dicitur, quod aliquis iam paſſus fuerit, paſsionémque iam habeat permanentem, qualitas meritò iudicatur: ſin autem non habeat amplius paſsionem, dicatur tamen fuiſſe perpeſſus, cenſebi- B tur propriè commotus fuiſſe. Id verò idem eſt ac ſi dicatur, hic erat in motu: oportet autem motum duntaxat excogitare tempore in de ſublato: nam neque etiam momentum præſens ad hoc eſt aſſummendũ. Præterea quod dici ſolet, pulchrè vel bene, cæteráque eiuſmodi, in vnam ipſam generis notionem redigere decet. Eſt autem conſideratione dig- C num, nu nquid ad qualitatis genus referre deceat, quod dici ſolet, rubere: rubeum verò, ſiue rubeſcentem nequaquam: nam rubefieri quidẽ ad id genus meritò non reducitur. Qui enim rubefit, patitur, vel omnino mouetur: ſin autem non ampliusrubefit, ſiue rubeſcit, ſed iam eſt rubeus, cur nõ ſit qualis? Nõ enim tẽpore quodã determinãdus eſt ipſe qualis, ſed tali quodam potius perpẽdendus: itaque rubeum ſiue rubeſcentem dicentes, qualẽ dicimus: alioquin ſic ſolos habitus eſſe putabimus qualit ates, diſpoſitiones verò nequaquam. ideóque calidus quidem ita qualis erit, non qui caleſcit: ſimiliterq́; languidus propriè erit qualis, non qui labitur in languorem.

*Non debemus qualitates illas duntaxat contrarias definire, quæ plurimò inter ſe qualitatum mediarum ſpatio diſtent: ſed illas ſimpliciter, quæ cum in eodẽm qu alitatis genere ſint, in eo nullã in ſpecie ſimilitudinem mutuam habent, effectusq́; nobis oppoſitos afferunt. Cap XX.*

*Hac ratione ſanitas & morbus inter quæ nihil eſt medium, contraria ſunt. Vbi media qualitas cõponitur ex extremis, non poteſt extremis eſſe contraria, ut uiredo: ubi uerò non componitur, poteſt, ut moralis uirtus: ubi qualitas in proportione quadam certa indiuiduaq́; conſiſtit, non ſuſcipit magis atque minus, ut harmonia, temperantia, iuſtitia, ſanitas: ubi latum habet gradum, ſuſcipit, ut calor atque frigus.*

ὉΡΑ͂Ν δὲ δεῖ, εἰ μὴ πάσῃ ποιότητι ἐστί τις ἄλλη ἐναντία. ἐπεὶ καὶ τὸ μέσον τοῖς ἄκροις, δοκεῖ ἐπ᾽ ἀρετῆς καὶ κακίας, ἐναντίον εἶναι. ἀλλ᾽ ἐπὶ τῶν χρωμάτων τὰ μεταξὺ, οὐχ οὕτως. εἰ μὲν οὖν ὅτι μίξεις τῶν ἄκρων τὰ μεταξὺ, ἔδει μὴ ἀντιδιαιρεῖν, ἀλλὰ λευκῷ καὶ μέλανι. τὰ δ᾽ ἄλλα συνθέσεις. ἢ τῷ μίαν τινὰ ἄλλην ἐπὶ τῶν μεταξὺ κἂν ἐκ συνθέσεως ᾖ θεωρεῖσθαι, ἀντιτίθεμεν. ἢ ὅτι δὲ τὰ ἐναντία, οὐ μόνον διαφέρει, ἀλλὰ καὶ πλεῖστον. ἀλλὰ κινδυνεύει τὸ πλεῖστον διαφέρειν λαμβάνεσθαι, ἐν τῷ θέσθαι *ἤδη ταῦτα τὰ μεταξύ. ἐπεὶ εἴ τις ταύτην τὴν διάταξιν ἀφέλοι, τίνι τὸ πλεῖστον ὁριεῖ. ἢ ὅτι τὸ φαιὸν, ἐγγυτέρω τοῦ λευκοῦ μᾶλλον, ἢ τὸ μέλαν. καὶ τοῦτο παρὰ τῆς ὄψεως μηνύεται. καὶ ἐπὶ τῶν χυμῶν ὡσαύτως, θερμὸν, ψυχρὸν, τὸ μηδέτερον μεταξύ. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὕτως ὑπολαμβάνειν εἰθίσμεθα, δῆλον. τάχα δ᾽ ἄν τις ἡμῖν συγχωροῖ ταῦτα. τὸ δὲ λευκὸν καὶ τὸ ξανθὸν, καὶ ὁποιοῦν πρὸς ὁτοιοῦν, ὁμοίως πάντη

* εἴδη

A ANIMADuertendum eſt, ne fortè non omni qualitati alia ſit contraria qualitas. Profectò circa virtutem & vitia media qualitas extremis contraria eſſe videtur: circa colores autem medij non videntur ita eſſe contrarij. Si ergo dicatur hoc inde contingere, quia colores medij miſtiões quedã ſint ex extremis, ſanè non oportebat media & extrema ecõtra diuidere, ſed diuidere potius coloris genus p B album atque nigrum, cæteros verò compoſitiones ex his quaſdam eſſe putare, aut ita diſtinguere, vt vnam quandam aliam qualitatem in medijs, ſiquidem ex compoſitione talem eſſe conſtet opponeremus: ſin autẽ media iccirco extremis nõ eſſe contraria dicant, quia quæ contraria ſunt, non ſolùm inter ſe diſcrepãt, ſed quàmplurimum. Obijciemus hoc ipſum quod eſt plurimum diſcrepare, inde aſſumptum eſſe, quòd eiuſmodi quædam C media iam interpoſita fuerint. Nam ſiquis diſpoſitionem eiuſmodi tollat, neſcio quonam potiſsimũ plurimã definiat diſcrepantiam: at ſi in cauſa eſſe dicant, quòd fuſcum propinquius ſit albo quã nigrum, id profectò nobis ſenſus ipſe nuntiat, atque in humoribus eodem pacto, velut calidum & frigidum, & quod neutrum eſt medium vtriuſque. Verùm nos ſic exiſtimare conſueuiſſe planè cõpertum habemus: & talia nobis quiuis fortè conceſſerit: at verò album atque flauum & quodcunque aduerſus quodlibet ſimiliter omnino

inter ſe differre videntur: cumq; differentia ſint, qualia eſſe contraria. Non enim ex eo ꝓpriè quòd aliquid inter hęc ſit medium contraria ſunt, ſed horum ꝓpria inter ſe contrarietas eſt iudicanda. Iam verò inter ſanitatē atq; morbum nihil interuenit medium, attamen inter ſe contraria ſunt. An fortè iccirco contraria iudicantur, quoniam quæ ex alterutro fiūt maximè differant? At quonā modo diſtantiam plurimā ibi licet aſſerere, vbi nulla vſquam minora ſint media? Non datur igitur circa ſanitatem atque morbum diſtantiā plurimā affirmare. Ex quo patet, idipſū quod contrarium appellatur, alio quodam potius quamplurimo ſpatio eſſe definiēdum. Proinde ſi per multum determinetur, quæremus vtrum hocipſum quod multum dicitur, accipiatur loco pluris pauciori oppoſiti, an potius pro eo quòd ſimpliciter multū. Si primo accipiatur modo, rurſus quæ medio carent, contrarietatem protinus ſubterfugient: ſin autē ſecundo modo, cū facile concedatur cuiuis naturæ multū diſtare, neque tamen detur pluri quodam metiri diſtantiā, conſiderandum eſt omnino quomodo cōtrarium alicui perpendatur. Num igitur quæ ſimilitudinem quandā habent, non dico duntaxat ſecundum genus, neq; etiā omnino quòd alijs miſceantur velut formis ipſorum plura vel pauciora, quæ inquam ita ſe habent, nónne contraria eſſe neganda ſunt? nempe illa quibus nihil idē ſecundū ſpeciem adeſt ritè cōtraria iudicantur: ſed adiungendū eſt, vt in eodem ſcilicet qualitatis genere ſint. Hinc vtique aſſeuerare licet, & quę ſine medio vllo cōtraria nobis occurrunt, quibus profectò nihil adeſſe videtur ad ſimilitudinē conferens: quippe cū nulla illic alia ſint, quæ ad vtrunq; vergentia mutuam ſimilitudinem habeant, vel cōcilient: ſed quædā duntaxat ſint, quæ non habeant. Quòd ſi ita ſit, quibus in coloribus cōmunio quædam ineſt, contrarij nequaquam erūt. At verò nihil prohibebit, non omne quidē omni, aliud autē alij ſic eſſe contrariū: atq; in humoribus ſaporibusq; ſimiliter. Sed de his hactenus ita ſit dubitatū. Quæri ſolet præterea, vtrum qualitas magis minúſue admittat, necne. Et profectò conceſſum eſt, ea quæ qualitates participant, magis & minus participare. Vtrū verò ſanitas ipſa & iuſtitia hos gradus capiant, hactenus dubitatur. Si ergo harum quælibet ſuā quandam latitudinem habet, concedendum eſt, ipſos quoque habitus eiuſmodi gradus admittere: ſin autem latitudinem nullam habet, ſed in quodam certo vnaquæque totum poſſidet, nimirum nec magis nec minus admittit.

A ἕτερα ἀλλήλων εἶναι. καὶ ἕτερα ὄντα, ποῖα ἐναντία εἶναι. οὐ δὲ γὰρ τῷ εἶναι μεταξὺ αὐτῶν, ἀλλὰ τούτων, ἡ ἐναντιότης. ὑγεία γοῦν καὶ νόσῳ, οὐδὲν παρεμπέπτωκε μεταξὺ, καὶ ἐναντία. ἢ ὅτι τὰ γινόμενα ἐξ ἑκατέρου, πλείστην παραλλαγὴν ἔχει. καὶ πῶς πλείστην ἐστὶν εἰπεῖν, μὴ οὐσῶν ἐν τοῖς μέσοις ἐλαττόνων. οὐκ ἔστιν οὖν ἐπὶ ὑγείας καὶ νόσου, πλεῖστον εἰπεῖν. ἄλλῳ τοίνυν τὸ B ἐναντίον, οὐ τῷ πλεῖστον ὁριστέον. εἰ δὲ τῷ πολλῷ, εἰ μὲν τὸ πολὺ ἀντὶ τοῦ πλέον πρὸς ἔλαττον, πάλιν τὰ ἄμεσα ἐκφεύξεται. εἰ δ᾽ ἁπλῶς πολὺ, ἕκαστον φύσει πολὺ ἀφεστάναι συγχωρηθέντος, μὴ τῷ πλείονι μετρεῖν τὴν ἀπόστασιν. ἀλλ᾽ ἐπισκεπτέον, πῶς τὸ ἐναντίον. ἆρ᾽ οὖν τὰ μὲν ἔχοντά τινα ὁμοιότητα, λέγω δὲ οὐ κατὰ τὸ γένος, οὐδὲ πάντως τῷ μεμίχθαι ἄλλαις, οἷον C μορφαῖς αὐτῶν, ἢ πλείονα ἢ ἐλάττονα, οὐκ ἐναντία, ἀλλ᾽ οἷς μηδὲν ταὐτὸν κατὰ τὸ εἶδος ἐναντία. καὶ προσθετέον δὲ ἐν γένει, τὸ, ποιῷ. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τὰ μὲν ἄμεσα, τῶν ἐναντίων, οἷς μηδὲν εἰς ὁμοίωσιν, οὐκ ὄντων ἄλλων, τῶν οἷον ἐπαμφοτεριζόντων, καὶ ὁμοιότητα πρὸς ἄλληλα ἐχόντων, τῶν δέ τινων μόνων μὴ ἐχόντων. εἰ τοῦτο, οἷς μέν ἐστι κοινότης ἐν τοῖς χρώμασιν, οὐκ ἂν εἴη ἐναντία. ἀλλ᾽ οὐδὲν κωλύσει μὴ πᾶν μὲν παντὶ, D ἄλλο δὲ ἄλλῳ οὕτως εἶναι ἐναντίον. καὶ ἐπὶ χυμῶν δὲ ὡσαύτως. ταῦτα μὲν, οὕτω διηπορείσθω. περὶ δὲ τοῦ μᾶλλον ἐν μὲν τοῖς μετέχουσιν, ὅτι ἐστὶν ἐδόκει, ὑγίεια δὲ αὐτὴ καὶ δικαιοσύνη, ἠπορεῖτο. εἰ δὴ πλάτος ἔχει τούτων ἑκάστη αὐτῶν, καὶ τὰς ἕξεις αὐτὰς δοτέον: ἐκεῖ δὲ ἕκαστον τὸ ὅλον, καὶ οὐκ ἔχει τὸ μᾶλλον.

*Probabilius pro genere motum ponimus, quā tranſmutationē, quia tranſmutatio naturam rei mutans aliud pro alio in medium affert. Motus autem & hoc quidem ſignificat, & præter hoc ſignificat etiā progreſſionem quamlibet priore interin natura ſeruata. Cap. XXI*

VTRVM verò motum eſſe genus aſſerere debeamus nec ne, hunc in modū poſſumus contemplari: profectò hac conditione genus eſſe poteſt. Primò quidē, ſi motum in genus aliud reducere non conueniat: deinde ſi ſuperius nihil de motu in eo quòd quid eſt prædicetur: præterea ſi multas accipiens differentias inde ſpecies pariat. Dic agè in quod nam genus potiſsimum motum redigere valeas? Neque enim ſubſtantia eſt, ne que qualitas eorum, quæ motum habent, neque

A ΠΕΡΙ᾽ δὲ κινήσεως εἰ δεῖ γένος θέσθαι, ὧδ᾽ ἄν τις θεωρήσειε. πρῶτον μὲν, εἰ μὴ ἄλλο γένος ἀνάγειν προσῆκεν. ἔπειτα, εἰ μηδὲν ἄνωθεν αὐτῆς ἐν τῷ τί ἐστι κατηγοροῖτο. εἶτα εἰ πολλὰς διαφορὰς λαβοῦσα, εἴδη ποιήσει, εἰς ποῖον τὶς γένος αὐτὴν ἀνάξει. οὔτε γὰρ οὐσία, οὔτε ποιότης τῶν ἐχόντων αὐτήν,

οὐ μὴν οὐδ' εἰς τὸ ποιεῖν. καὶ γὰρ ἐν τῷ πάσχειν, πολλαὶ κινήσεις. οὐδ' αὖ ἐν τῷ πάσχειν, ὅτι πολλαὶ κινήσεις, ποιήσεις. ποιήσεις δὲ καὶ πείσεις, εἰς ταύτην. οὐδ' αὖ εἰς τὸ πρός τι ὀρθῶς, ὅτι τινὸς ἡ κίνησις, καὶ οὐκ ἐφ' ἑαυτῆς. οὕτω γὰρ ἂν καὶ τὸ ποιὸν, ἐν τὸ πρός τι. τινὸς γὰρ ἡ ποιότης, καὶ ἔν τινι. καὶ τὸ ποσὸν, ὡσαύτως. εἰ δ' ὅτι ὄντα ἐκεῖνά τινα, κἂν τινος ᾖ, καθό ἐστι τὸ μὲν ποιότης, τὸ δὲ ποσότης, εἴρηται. τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπειδὴ κἂν τινος ἡ κίνησις ᾖ, ἔστι τὶ πρὸ τοῦ τινὸς εἶναι. ὅ ἐστιν ἐφ' αὐτοῦ, ληπτέον ἂν εἴη. ὅλως γὰρ πρός τι δεῖ τίθεσθαι, οὐχ ὅ ἐστιν, εἶτ' ἄλλου ἐστὶν, ἀλλ' ὃ ὑπόσχεσις ἀπογεννᾷ, οὐδενὸς ὄντος ἄλλου παρὰ τὴν σχέσιν καθὸ λέγεται. οἷον τὸ διπλάσιον καθὸ λέγεται διπλάσιον, ἐν τῇ πρὸς τὸ πηχυαῖον παραβολῇ τὴν γένεσιν λαβὸν καὶ τὴν ὑπόστασιν, οὐδὲν νοούμενον * πρὸς τούτου ἐν τῷ πρὸς ἕτερον παραβεβλῆσθαι, ἔσχε τοῦτο λέγεσθαί τε καὶ εἶναι. τί οὖν ἐστι τοῦτο, ὃ ἑτέρου ὂν ἔστι τι, ἵνα καὶ ἑτέρου ᾖ, ὡς τὸ ποιὸν καὶ τὸ ποσὸν καὶ ἡ οὐσία. ἢ πρότερον, ὅτι μηδὲν πρὸ αὐτοῦ ὡς γένος κατηγορεῖσθαι, ληπτέον. ἀλλ' εἰ τὴν μεταβολὴν λέγοι τις πρὸ κινήσεως εἶναι, πρῶτον μὲν ἢ ταὐτὸν λέγεσι, ἢ γένος λέγων, ἐκεῖνο ποιήσει ἕτερον παρὰ τὰ πρόσθεν εἰρημένα, εἶτα δηλονότι, ἐν εἴδει τὴν κίνησιν θήσεται. καὶ ἕτερον ἀντιθήσει τῇ κινήσει, τὴν γένεσιν ἴσως, μεταβολήν τινα κἀκείνην λέγων, κίνησιν δὲ οὔ. διατί οὖν οὐ κίνησις ἡ γένεσις; εἰ μὲν γὰρ ὅτι μήπω ἐστὶ τὸ γινόμενον, κίνησις δὲ οὐ περὶ τὸ ποιὸν, οὐδ' ἂν μεταβολὴ δηλονότι ἂν εἴη ἡ γένεσις, εἰ δ' ὅτι ἡ γένεσίς ἐστιν, οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀλλοίωσίς τις καὶ αὔξη, τῷ ἀλλοιουμένων τινῶν καὶ αὐξομένων τὴν γένεσιν εἶναι, τὰ πρὸ τῆς γενέσεως λαμβάνει. δεῖ δὲ τὴν γένεσιν ἐν τούτοις, ἕτερόν τι εἶδος λαβεῖν. οὐ γὰρ ἐν τῷ ἀλλοιοῦσθαι παθητικῶς, τὸ γίνεσθαι καὶ ἡ γένεσις. οἷον, θερμαίνεσθαι ἢ λευκαίνεσθαι. ἔστι γὰρ τούτων γενομένων, μήπω τὴν ἁπλῶς γένεσιν γεγενῆσθαι. *ἀλλὰ τί γίνεσθαι; αὐτὸ τοῦτο τὸ ἠλλοιῶσθαι. ἀλλ' ὅταν ζῷον ἢ φυτὸν, ὅταν εἶδός τι λαμβάνει, εἴποι δ' ἄν τις τὴν μεταβολὴν μᾶλλον ἁρμόττειν ἐν εἴδει τίθεσθαι, ἢ τὴν κίνησιν: ὅτι τὸ μὲν τῆς μεταβολῆς, ἄλλο ἀνθ' ἑτέρου ἐθέλει σημαίνειν. τὸ δὲ τῆς κινήσεως, ἔχει καὶ τὴν ἐκ τοῦ οἰκείου μετάστασιν, ὥσπερ ἡ τοπικὴ κίνησις.

* πρὸ τούτου

* ἄλλο τι γίνεσθαι.

A neque etiam ad actionem reducere potes: nã & in paſsione multi ſunt motus: neque rurſus ad paſsionem, quoniam multi motus ſunt actiones. Probabilius autẽ actiones & paſsiones reuocantur ad motum, ſed neque ad relationem ritè redigitur, propterea quòd motus non ſui ipſius ſit, nec in ſeipſo, ſed alicuius potius & in aliquo. Sic enim & qualitas in relatione collocaretur: nam qualitas alicuius eſt & in aliquo, & quantitas eodem modo. Si ad-
B hæc reſpondeatur, illa quidem entia quædam propriè eſſe etiáſi ſint alicuius, quatenus hoc quidem qualitas eſt, illud verò quantitas: eadem ratione cum motus etſi alicuius eſt, ſit aliquid antequam ſit alicuius, meritò hoc ipſum quod eſt quodammodo in ſeipſo propriè nobis eſt aſſumendum. Omnino verò relatiuum propriè hoc eſt ponendum, non quòd primò quidem eſt id quod eſt, deinde eſt & alterius, ſed quod in ipſa habitudine generatur nullo
C porſus illic alio exiſtẽte præter habitudinem, quatenus dicitur, velut duplum quadruplum dicitur, in ipſa ad dimidium comparatione generationem ſubſiſtentiamq́; accipiens, & ante hoc nihil prorſus excogitatum in comparatione duntaxat ad alterum, vt id dicatur ſitq́;, nanciſcitur. Quid igitur hoc eſt? quod alterius exiſtens, ipſum tamen eſt aliquid vt ſit & alterius: quemadmodum qualitas, & quantitas, & eſſentia. Sed præſtat forſan prius aſſe-
D uerare, nihil ante ipſum tanquam genus prædicari de ipſo. Verùm ſiquis obijciat tranſmutationem ante motum exiſtere, primò quidẽ aut idem dicet omnino, aut genus illud appellans efficiet, vt genus quoddam aliud ſit præter decem illa prædicamẽta: deinde abſq; controuerſia in ſpecie quadam motum ſtatuet, aliquidq́ue aliud econtrà diſponens opponet motui, atque forſan generationem eam videlicet etiam tranſmutationem eſſe dicens,
E motum verò nequaquam. Quid igitur obſtat, quominus generatio motus ſit? Si enim dicatur id obſtare, quoniam quod gignitur nondum ſit: motus autem circa non ens eſſe non poſsit, dicemus inde ſequi, vt generatio nec etiá tranſmutatio ſit. Si autẽ afferatur ad idẽ, generationem nihil aliud eſſe quàm alterationem ſiue permutationem quandá, & aliquod augmẽtum, propterea quòd generatio ſit aliquorum, quæ permutata ſiue alterata, & quo-
F dammodo adaucta ſint: profectò qui hæc dixerit, quę generationem antecedunt, adducet in medium. Generationem verò oportet in his alteram quandam accipere ſpeciem: non enim in eo quòd aliquid paſsiuè quodammodo alteretur generatio gignique cõnſiſtit, quale eſt calefieri atque albefieri. Fieri nanque poteſt, vt hæc quidem facta iam ſint, nondum tamen generatio ſimpliciter ibi fuerit. Ac ſi quæras quid tunc dicamus fieri, reſpondebimus, hoc ipſum quod dicimus alterari, vel alteratum fuiſſe. At tunc demum fit generatio, quando animal fit, vel planta, vel ſimile, quando videlicet ſpecies quædam ibi ſuſcipitur. Proinde afferre quis poterit rationi conſentaneum fore, tranſmutationem potius quàm motum in ſpecie ponere, quoniam ipſa tranſmutationis conditio aliud quiddam alterius loco ſiue pro alio ſignificat fieri: motionis verò natura habet & quendam ex proprio tranſitum, ſicut localis motus.

Siquis aũt id minus velit, ſaltem ipſe diſcendi actus, vel citharæ pulſus, vel omnino quiuis ex habitu motus erit eiuſmodi. Quapropter permutatio ipſa, ſiue trãſmutatio cum motio quædã ſit, aliquid extra ſe ponens, potius erit ſpecies motionis.

A εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλεταί τις, ἀλλ' ἡ μάθησις καὶ ἡ κιθάρισις, ἢ ὅλως ἡ ἀφ' ἕξεως κίνησις. ὥστε εἶδος τι ἂν εἴη κινήσεως μᾶλλον, ἡ ἀλλοίωσις, ἐκστατική τις οὖσα κίνησις.

*Communis omnibus motibus eſt proceſsio quædam ex potentia in actum, ſiue hic actus ſit primus, ut formæ ſiue ſecundus, ut actio aut paſsio quædam. Motus procedens in habitum naturalem ſpecies quædam dici poteſt:, procedens uerò in habitum præter naturam, caſus ſpeciei unius ad alterius aduentum. Eſt autem motus præſertim naturalis uitæ ſimillimus: maximè uerò propria motui eſt alteritas, id eſt aliter ſe habere quàm prius, propria conſequenter & tempori Cap. XXII.*

SED eſto quidem notio permutationis ſiue alterationis, quatenus aliud motum ſequitur: quid igitur motum eſſe dicendũ eſt? Eſto itaque motus, vt de hoc figura quadam ſummatim loquamur, exitus ex potentia in illud quod poſſe dicitur. Cùm enim aliquid ſit in potentia, per quam in ſpeciem aliquam prodeat, velut in potentia ſtatua, rurſusque aliquid in potentia qua euadat in actũ ſicut progreſſiuum, quando illud quidem procedit in ſtatuam, ipſe proceſſus eſt motus: & quando progreſsiuum progrediẽdi actum exequitur, progreſsio ipſa eſt motus: itẽ ſaltus ſimiliter in eo qui ſaltare poteſt, quando iam ſaltat. Atqui in aliquo motu ſcilicet in eo qui perducit ad ſtatuam, ſpecies efficitur alia quam adhibet motus: in aliquo verò velut in ſaltu ipſamet ſaltatio, ſimplex quædam ſpecies eſt potentiæ ſaltatoriæ, neque quicquam habet poſt ſeipſã, poſtquã motus ipſe ceſſauit. Quamobrem ſiquis motum appellauerit ſpeciem vigilem excitabundamque, cæteris quaſi torpentibus ſpeciebus oppoſitam, quatenus alia quidem quieſcunt, alia verò nequaquam: appellaueritque cauſam cæteris ſpeciebus quando poſt ipſam nonnihil efficitur, is minimè aberrabit. Siquis preterea motionem hanc de qua in præſentia loquimur, vitam quandam corporum nuncupauerit, nec ipſe quidem à vero procul eſſe videbitur. Hunc enim motum ad mentis & animæ motus æquiuocum appellare debemus. Proinde motum eſſe genus non minus aliquis ob hoc ipſum ſibi perſuadebit, quòd neque facilè, neque fortè poſsibile ſit ipſum definitione cõplecti. Verùm quomodo tunc motus ſpecies aliqua eſt, quando labitur in deterius, vel omnino paſsiuꝰ eſt motus? Forſan verò hoc ita fermè ſe habet, queãdmodũ calefactio ſub ſole alia quidem auget, alia verò minuit, atque motus ipſe commune aliquid eſt & in vtriſque idem: ſecundum verò ſubiecta eã quę apparet differentiam accipit. Sed hinc ſequi videtur vt ægrotatio conualeſcentiaque ſint idem. At verò qua motus quidem ſunt idem eſſe videntur, ſed quónam different? num ſubiectis? an potius alio? Verùm de hoc tractabitur in ſequentibus, quando de alteratione conſiderabimus: nunc verò animaduertendum eſt quidnam ſit in motibus omnibus idem: ſic enim genus eſſe poterit. Sed fortè dicitur multipliciter, atque ita ſe habet, quemadmodum ſi ens genus eſſe quis dixerit. Ad id verò de quo præcipuè

A ἈΛΛ' ἔστω ταὐτὸν νοούμενον τὸ τῆς ἀλλοιώσεως, κατὰ τὸ παρακολουθεῖν τῇ κινήσει τὸ ἄλλο. τί οὖν δεῖ λέγειν τὴν κίνησιν; ἔστω δὴ ἡ κίνησις ὡς τύπῳ εἰπεῖν, ἡ ἐκ δυνάμεως ὁδὸς, εἰς ἐκεῖνο ὃ λέγεται δύνασθαι. ὄντος γὰρ τοῦ δυνάμει τοῦ μὲν, ὅτι ἥκοι ἂν εἰς εἶδός τι, οἷον δυνάμει ἀνδριὰς· τοῦ δὲ, ὅτι ἥκοι ἂν εἰς ἐνέργειαν, οἷον τὸ βαδιστικὸν, ὅταν τὸ μὲν προσίῃ εἰς ἀνδριάντα, B ἡ πρόοδος κίνησις. τὸ δ' ἐν τῷ βαδίζειν, ἡ τὸ βαδίζειν αὐτὸ κίνησις. καὶ ὄρχησις ἐπὶ τοῦ δυναμένου ὀρχεῖσθαι, ὅταν ὀρχῆται. καὶ ἐπὶ μέν τινι κινήσει τῇ εἰς ἀνδριάντα, εἶδος ἄλλο ἐπιγίνεται ὃ εἰργάσατο ἡ κίνησις. τὸ δὲ ὡς ἁπλοῦν εἶδος ὂν τῆς δυνάμεως ἡ ὄρχησις, οὐδὲν ἔχει μετ' αὐτὴν, παυσαμένης τῆς κινήσεως. ὥστε εἴ τις λέγοι τὴν κίνησιν εἶδος ἐγρηγορὸς ἀντίθετον C τοῖς ἄλλοις εἴδεσι τοῖς ἑστηκόσιν, ᾗ τὰ μὲν μένει τὰ δ' οὔ, καὶ αἴτιον τοῖς ἄλλοις εἴδεσιν ὅταν μετ' αὐτήν τι γίνηται, οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη. εἰ δὲ καὶ ζωήν τις λέγοι σωμάτων, ταύτην περὶ ἧς ὁ λόγος νῦν, τὴν γὰρ κίνησιν ταύτην ὁμώνυμον δεῖ λέγειν, ταῖς νοῦ καὶ ψυχῆς κινήσεσιν. ὅτι δὲ γένος ἐστὶν, οὐχ ἧττον ἄν τις καὶ ἐκ τοῦ μὴ ῥᾴδιον εἶναι ὁρισμῷ ἢ καὶ ἀδύνατον εἶναι λαβεῖν, D πιστώσαιτο. ἀλλὰ πῶς εἶδός τι, ὅταν πρὸς τὸ χεῖρον ἡ κίνησις, ἢ ὅταν παθητικὴ ἡ κίνησις. ἢ ὅμοιον ὥσπερ ἂν ἡ θέρμανσις, τὰ μὲν αὔξει ἡ παρὰ τοῦ ἡλίου, τὰ δὲ εἰς τὸ ἐναντίον ἄγει. καὶ ἢ κοινόν τι ἡ κίνησις, καὶ ἡ αὐτὴ ἐπ' ἀμφοῖν. τοῖς δὲ ὑποκειμένοις, τὴν διαφορὰν τὴν δοκοῦσαν ἔχει. ὑγίανσις οὖν καὶ νόσανσις, ταὐτόν. ἢ καθόσον μὲν κίνησις ταὐτὸν, τίνι δὲ διοίσει, πότερα E τοῖς ὑποκειμένοις, ἢ καὶ ἄλλῳ. ἀλλὰ τοῦτο ὕστερον ὅταν περὶ ἀλλοιώσεως ἐπισκοπῶμεν. νῦν δὲ τί ταὐτὸν ἐν πάσῃ κινήσει σκεπτέον. οὕτω γὰρ ἂν καὶ γένος εἴη, ἢ πολλαχῶς ἂν λέγοιτο, καὶ οὕτως ἔσται, ὥσπερ ἂν εἰ τὸ ὄν. πρὸς δὲ τὴν

ἀπορίαν ὅτι ἴσως δεῖ ὅσαι μὲν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἄγουσιν ἢ ἐνεργοῦσιν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν, ταύτας μὲν οἷον εἴδη εἶναι ὡς εἴρηται. τὰς δὲ εἰς τὰ παρὰ φύσιν ἀγωγὰς, ἀνάλογον τίθεσθαι τοῖς ἐφ' ἃ ἄγουσιν. ἀλλὰ τί τὸ κοινὸν ἐπίτε ἀλλοιώσεως καὶ αὐξήσεως καὶ γενέσεως, καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις. ἔτι τε τῆς κατὰ τόπον μεταβολῆς, καθὸ κινήσεις αὗται πᾶσαι· ἢ τὸ μὴ ἐν τῷ αὐτῷ ἕκαστον, ἐν ᾧ πρότερον ἦν εἶναι. μὴ δ' ἠρεμεῖν, μὴ δ' ἐν ἡσυχίᾳ παντελεῖ, ἀλλὰ καθόσον κίνησις πάρεστιν, ἀεὶ πρὸς ἄλλο τὴν ἀγωγὴν ἔχειν. καὶ τὸ ἕτερον, οὐκ ἐν τῷ αὐτῷ μένειν. ἀπόλλυσθαι γὰρ τὴν κίνησιν ὅταν μὴ ἄλλο. διὸ καὶ ἑτερότης, οὐκ ἐν τῷ γεγονέναι καὶ μεῖναι ἐν τῷ ἑτέρῳ, ἀλλ' ἀεὶ ἑτερότης. ὅθεν καὶ ὁ χρόνος ἕτερον ἀεὶ, διότι κίνησις αὐτὸν ποιεῖ. μεμετρημένη γὰρ κίνησις, οὐ μένουσα. συνθεῖ οὖν αὐτῇ ὡς ἐπιφερομένης ὀχούμενος, κοινὸν δὲ πᾶσι τὸ ἐκ δυνάμεως καὶ τοῦ δυνατοῦ, εἰς ἐνέργειαν, πρόοδον καὶ ἀγωγὴν εἶναι. πᾶν γὰρ τὸ κινούμενον καθ' ὁποιανοῦν κίνησιν, προϋπάρχον δυνάμενον τοῦτο ποιεῖν ἢ πάσχειν, ἐν τῷ κινεῖσθαι γίνεται.

A præcipuè modò dubitabatur, dicendum videtur, forſitan oportere motus omnes, qui ad rem ſecundum naturam ducunt, vel ſaltem in ijs quæ ſecundum naturam ſunt agunt, meritò tanquam ſpecies ponere, ſicut eſt dictum, tranſitus autem ad aliquid præter naturam analogica quadam proportione ijs ad quę deducunt accommodare. Cæterùm quidnam eſt commune in alteratione & augmento & B generatione eorumq; contrarijs? rurſusq; in mutatione per locum, quatenus videlicet hęc omnia motus ſunt? Profectò cunctis qua motus ſunt, id potiſsimum commune videtur, vt vnumquodque quod mouetur, non ſit poſtea in eodem in quo antea fuerat, neque quieſcat, neque ocium agat omnino: ſed quatenus adeſt motus, ſemper ad aliud perducatur, comitémque ſemper alteritatem habeat, propterea C quòd nũquam permaneat in eodem: alioquin motus protinus diſperdatur, ſi quando deſierit aliud aliudq́ue ſuccedere. Quamobrem alteritas eſt in motu, non ex eo quòd per actũ aliquid ſit, iamque quies agatur in alio, ſed ita penitus vt perpetua agatur alteritas. ex quo efficitur, vt tempus etiam ſemper ſit alterum, quoniam motus ipſum procreat. Motus enim nõ quieſcens, ſed fluendo iugiter menſuratus producit tempus: quod quidem icci[r]co currit vnà cum ipſo motu, quaſi ab ipſo currente vehatur. Denique motibus omnibus cõmune eſt, eſſe proceſſum quendam atque ductum ex potẽtia, & ex eo quòd poſsibile eſt in actum. Quicquid enim mouetur, quocunque motu feratur, propterea prodit in motum, quòd potentia quædam in eo præcedit ad faciendum aliquid vel patiendum.

*Motus eſt quaſi ſtimulus aliquis uergens ad uarios actus, modos, habitus, uariasq́; formas, qua quidem uarietate res uitæ ſimilitudinem conſequuntur. Virtus motrix ſicut & uita eſt inuiſibilis. Motus quinetiam per ſe inuiſibilis ex uarietate deprehenditur. Dependet uerò motus ex mouenti & in mobile deſinit, quaſi mouentis afflatus. Vnde differentiæ motionum vtrinque accipiendæ uidentur. Cap. XXIII.*

ΚΑῚ ἔστιν ἡ κίνησις ἡ περὶ τὰ αἰσθητὰ παρ' ἄλλου ἐνιεμένη σείουσα καὶ ἐλαύνουσα, καὶ ἐγείρουσα καὶ ὠθοῦσα τὰ μεταλαβόντα αὐτῆς, ὥς τε μὴ εὕδειν, μὴ δ' ἐν ταυτότητι εἶναι. ἵνα δὴ τῇ μὴ ἡσυχίᾳ καὶ οἷον πολυπραγμονήσει ταύτῃ, εἰδώλῳ συνέχηται ζωῆς. δεῖ δὲ, οὐ τὰ κινούμενα, τὴν κίνησιν εἶναι νομίζειν. οὐ γὰρ οἱ πόδες ἡ βάδισις, ἀλλ' ἡ περὶ τοὺς πόδας ἐνέργεια, ἐκ δυνάμεως. ὁρατοῦ δὲ τῆς δυνάμεως ὑπαρχούσης, τοὺς ἐνεργοῦντας πόδας ὁρᾶν μόνον ἀνάγκη. οὐ πόδας ἁπλῶς ὥσπερ ἂν εἰ ἡσύχαζον, ἀλλ' ἤδη μετ' ἄλλου. ἀοράτου μὲν τούτου. ὅτι δὲ μετ' ἄλλου κατὰ συμβεβηκὸς ὁρωμένου, τῷ τοὺς πόδας ὁρᾶν ἄλλον τόπον ἔχοντας καὶ ἄλλον, καὶ μὴ ἠρεμεῖν. τὸ δ' ἀλλοιούμενον παρὰ τοῦ ἀλλοιουμένου, ὅτι μὴ ἡ αὐτὴ ποιότης. ἐν τίνι οὖν ἡ κίνησις ὅταν ἄλλο κινῇ. καὶ ὅταν δὲ ἐκ τῆς ἐνούσης δυνάμεως, εἰς ἐνέργειαν ἴῃ, ἆρα ἐν τῷ κινοῦντι; καὶ πῶς τὸ κινούμενον καὶ πάσχον μεταλήψεται. ἀλλ' ἐν τῷ κινουμένῳ; διατί οὖν ἐλθοῦσα οὐ μένει, ἢ δεῖ μήτε τοῦ ποιοῦντος ἀπηλλάχθαι, μήτε ἐν αὐτῷ εἶναι: ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ μὲν, καὶ εἰς ἐκεῖνο.

A EST autem motus qui circa ſenſibilia verſatur, ſtimulus quidam vel impetus ab alio in aliud vergens, & excitans, & impellens participem motionis ne torpeat, neq; maneat in eodem, vt tali quadam inquietudine, ac velut diſtracta circa multa ſollicitudine quandam vitæ imaginem conſequatur. Neq; verò putandum eſt, ea quæ mouentur ipſum eſſe motum. Neque enim inceſſus eſt pedes, ſed eſt actus quidam ex potentia circa pedes. Cùm B verò potentia non ſit viſibilis, neceſſarium eſt ſolùm pedes agentes à nobis videri: non pedes inquam ſimpliciter perinde ac ſi quieſcerent, ſed pedes iam vnà cum alio, quòd quidem inuiſibile ſit: quia verò vnà cum alio eſt per accidens videatur, quatenus videmus pedes aliũ deinceps aliũq; habentes locũ, neq; alicubi quieſcẽtes. alterationẽ præterea ex eo quòd alteratur ſolemus animaduertere: quoniã qualitas ibi nõ eadẽ ſentiatur. C In quonam igitur mot⁹ eſt quãdo mouet aliud, & quãdo ex infuſa potẽtia ꝓdit in actũ? Nũquid eſt in mouẽte? Verũ ſi ita ſit, quonam modo quod mouetur & patitur fiet particeps? Nũquid ergo in eo poti⁹ quod mouetur? At ſi ita, cur nã cũ ꝓceſſerit, minimè permanet? Sed oportet ꝓfectò motũ neq; à mouẽte diſiũgi, neq; in ipſo eſſe, ſed ex ſeipſo q̄dẽ et in aliud emanare,

neque in alio quouis eſſe à motore diſiunctũ: imò verò ab hoc in illud velut ſpiritum afflatumq; in aliud influentem. Quando igitur vis mouendi progreſſoria eſt, quaſi propellit, cogitq; locum ſemper alium permutare: quando verò calefactoria uirtus eſt, calefacit protinus, motúsque ibi eſt alteratio. At vbi facultas ipſa nacta materiam, occupanſque eam ædificat in habitum naturalem, augmentum eſt appellandũ: ſed quando vis alia quædam aufert, accidit decrementum, in eo uidelicet quod minui poteſt. Proinde vbi virtus genitalis agit, fit generatio: at quum hæc vis minimè valet, quæ verò perdere poteſt exuperat, deſtructio ſequitur: non deſtructioné inquam in eo quod iam factum fuerit & peractum, ſed in eo quod adhuc in progreſsione verſatur. Similiter conualeſcentia fit vbi uis quæ poteſt facere ſanitaté agit, atq; dominatur. ægrotatio verò cõtingit, quãdo contraria vis cõtraria facit. Quãobré ſequi videtur motũ nõ ſolùm eſſe perpédẽdũ penes illa in quib. fit, verumetiam penes ea ex quibus oritur, & per quæ traducitur: motionisq; ipſius proprietatem eſſe motum qualem, talemq; in talibus eſſe.

A ὐκ ἐν ἐκείνῳ δὲ ἀποτετμημένην εἶναι, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνου εἰς ἐκεῖνο, οἷον πνοὴν εἰς ἄλλο. ὅταν μὲν οὖν ἡ δύναμις τοῦ κινεῖν βαδιστικὴ ᾖ, οἷον ὦσε, καὶ πεποίηκεν ἄλλον ἀλλάττειν ἀεὶ τόπον. ὅταν δὲ θερμαντικὴ, ἐθέρμανε. καὶ ὅταν ἡ δύναμις ὕλην λαβοῦσα εἰς φύσιν οἰκοδομῇ, αὔξησις. ὅταν δ᾽ ἄλλη δύναμις ἀφαιρῇ, μείωσις τοῦ δυναμένου ἀφαίρεσιν παθεῖν, μειουμένου. καὶ ὅταν B ἡ γεννῶσα φύσις ἐνεργῇ, γένεσις· ὅταν δὲ αὕτη ἀδυνατῇ, ἡ δὲ φθείρειν δυναμένη ἐπικρατῇ, φθορά. οὐχ ἡ ἐν τῷ ἤδη γεγονότι, ἀλλ᾽ ἡ ἐν τῷ πορευομένῳ. καὶ ὑγίανσις δὲ, κατὰ τὰ αὐτῆς ποιεῖν δυναμένης ὑγίειαν, ἐνεργούσης καὶ κρατούσης, ὑγίανσις. τῆς δὲ ἐναντίας δυνάμεως, τἀναντία ποιούσης. ὥστε συμβαίνειν, μὴ παρὰ τὰ ἐν οἷς μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὰ ἐξ ὧν, καὶ δι᾽ ὧν, καὶ τὴν τῆς κινήσεως ἰδιότητα, ποιὰν τὴν κίνησιν C καὶ τοιάνδε εἶναι ἐν τοῖς τοιούτοις.

*Locales motus differre uidentur inter ſe, uel per terminos oppoſitos quos petunt, ut aſcenſus atque deſcenſus, diſceſſus, ac reditus: uel per figuram proceſsionis, ut rectus & circularis. Cap. XXIIII.*

SED circa localem motum, quomodo ſumatur differentia eſt ambiguum, ſi ſurſum ferri, cótrarium eſt ad illud quod eſt ferri deorſũ, & circularis motio motui recto contraria: velut ſiquid ſuper caput vel infra pedes proijciatur. Potentia enim impulſoria eadé eſt: niſi quis aliam eſſe dicat potentiam, quæ pellit ſurſum, aliamq; rurſus quæ deorſum, & aliter ſe habere motum ad ſuperius tendentem, aliter quàm motũ ad inferiora cadentem, præſertim ſi quid ita naturaliter moueatur: ſiquidem hîc leuitas quidem ſit, ibi contrà ſit grauitas: verũtamen cómune in his idemq; eſt in propriũ ferri locũ. Hîc itaq; apparet penes ea quę ſunt extrinſecus accipi differentiá motionũ: nempe in circulari motu atque recto, ſi modò quis idem tum rectè, tum circulariter agitet, quonam modo motus differés eſſe poteſt? An fortè penes proceſsionis ipſius figuram differẽtia capietur? Niſi fortè quiſpiam orbicularẽ motũ miſtũ eſſe contendat, quaſi non omnino ſit motus, vtpote qui rem nõ omnino permutet. Verùm vnus denique localis motus in ſe eſſe videtur, differentias duntaxat per extrinſeca ſumés.

A ΠΕΡῚ δὲ τῆς κατὰ τόπον κινήσεως, εἰ τὸ ἄνω φέρεσθαι τῷ κάτω ἐναντίον, καὶ τὸ κύκλῳ τοῦ ἐπ᾽ εὐθείας διοίσει, πῶς ἡ διαφορά: οἷον, τὸ ὑπὲρ κεφαλῆς καὶ ὑπὸ πόδας ῥίπτειν. καὶ γὰρ ἡ δύναμις ἡ ὠστικὴ, μία. εἰ μή τις ἄλλην, τὴν ἄνω ὠθοῦσαν καὶ ἄλλην λέγοι, καὶ ἄλλως τὴν κάτω πρὸς τὴν ἄνω φοράν. καὶ μάλιστα εἰ φυσικῶς κινοῖτο, εἰ ἡ μὲν κουφότης εἴη, ἡ δὲ βαρύ- B της. ἀλλὰ κοινὸν καὶ τὸ αὐτὸ, τὸ εἰς τὸν οἰκεῖον τόπον φέρεσθαι. ὥστε ἐνταῦθα κινδυνεύειν, παρὰ τὰ ἔξω τὴν διαφορὰν γίνεσθαι. ἐπὶ δὲ τῆς κύκλῳ καὶ ἐπ᾽ εὐθείας, εἰ οἷόν περ ἐπ᾽ εὐθείας καὶ κύκλῳ περιθρέξαιεν, πῶς ἄλλη, ἢ παρὰ τὸ τῆς πορείας σχῆμα, εἰ μή τις μικτὴν λέγοι τὴν κύκλῳ, ὡς οὐ παντελῶς οὖσαν κίνησιν, οὐδὲ παντη ἐξισταμένην. ἀλλ᾽ ἔοικεν ὅλως μία τις εἶναι ἡ το- C πικὴ, τοῖς ἔξωθεν τὰς διαφορὰς λαμβάνουσα.

*Concretio & diſcretio ſunt motus ab omnibus alijs motibus, atque etiam à qualitatibus differentes. Verumtamen circa concretionem & diſcretionem contingit localis motus, item alteratio: generatio quinetiam & augmentum: & condenſatio, atq; oppoſita. Cap. XXV*

PRÆTEREA conſiderandum eſt quomodo cócretio & diſcretio ſeſe habeant. Nunquid alij motus ſint præter illos quos ſuprà narrauimus, præter generationem inquam & corruptionem, augmẽtum & decrementum, localem motum, alterationem. an fortè oporteat eas ad hos motus quoquo modo reducere? an potius aſſerere quędam ex his motibus concretiones quaſdam diſcretiones exiſtere? Si igitur cócretio in eo conſiſtit, vt aliud accedat ad aliud & propinquet, & rurſus diſcretio in eo vt quę propinquauerunt inde recedant, locales motus ita eſſe dicentur, dum videlicet fit vel motus ad vnum, vel receſſus ab vno. Sin aũt

A ΣΥ͂ΓΚΡΙΣΙΣ δὲ καὶ διάκρισις, ἐπισκεπτέα πῶς. ἆρ᾽ ἕτεραι κινήσεις τῶν εἰρημένων γενέσεως καὶ φθορᾶς, αὔξης καὶ φθίσεως, τοπικῆς μεταβολῆς, ἀλλοιώσεως, ἢ εἰς ταύτας αὐτὰς ἀνακτέον, ἢ τούτων τινὰς συγκρίσεις καὶ διακρίσεις θετέον. εἰ μὲν οὖν τοῦτ᾽ ἔχει ἡ σύγκρισις πρόσοδον ἑτέρου πρὸς ἕτερον, καὶ τὸ πελάζειν καὶ αὖ ἀποχώρησιν, εἰς τοὐπίσω, τοπικὰς ἂν τις κινήσεις λέγοι.. δύο κινουμένας λέγων πρὸς ἕν τι, ἢ ἀποχωροῦντα ἀπ᾽ ἀλλήλων. εἰ δὲ

quæ

σύγκρασίν τινα καὶ μίξιν λαμβάνουσι καὶ κρᾶσιν, καὶ εἰς ἓν ἐξ ἑνὸς σύστασιν, τὴν κατὰ τὸ συνίστασθαι γινομένην, οὐ κατὰ τὸ συνεστάναι ἤδη, εἰς τίνα ἂν τις ἀνάγοι τῶν εἰρημένων ταύτας. ἄρξει μὲν ἡ τοπικὴ κίνησις, ἕτερον δὲ ἐπ' αὐτῇ τὸ γινόμενον ἂν εἴη. ὥσπερ καὶ τῆς αὔξης ἄν τις εὕροι, ἀρχοῦσαν μὲν τὴν τοπικὴν, ἐπιγινομένην δὲ τὴν κατὰ τόπον κίνησιν. οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα, ἡγεῖται μὲν τὸ κατὰ τόπον κινηθῆναι, ἕπεται δὲ οὐκ ἐξ ἀνάγκης συγκριθῆναι. οὐδ' αὖ διακριθῆναι, ἀλλὰ γενομένης μὲν συμπλοκῆς τοῖς ἀπαντήσασι, συνεκρίθη· σχισθέντων δὲ τῇ συντυχίᾳ, διεκρίθη· πολλαχοῦ δὲ αὖ καὶ διακρινομένων, ἐφέποιτο ἂν *ἡ τοῦ τόπου, ἢ ἅμα συμβαίνει τοῦ πάθους, ἀλλ' οὐ περὶ τὰ διακρινόμενα. οὐ κατὰ τὸ κινεῖσθαι τοπικῶς νοουμένου, ἔν τε τῇ συγκρίσει ἄλλου πάθους καὶ συστάσεως, ἐπακολουθοῦντος ἑτέρου τῆς τοπικῆς κινήσεως. ἆρα οὖν ταύτας μὲν ἐφ' ἑαυτῶν, τὴν δὲ ἀλλοίωσιν εἰς ταύτας ἀνακτέον; πυκνὸν γὰρ γενόμενον ἠλλοίωται. τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ συγκέκριται, μανὸν δὲ αὖ ἠλλοίωται. τοῦτο δὲ ταὐτὸν, τῷ διακέκριται. καὶ οἴνου καὶ ὕδατος μιγνυμένων, ἄλλο ἢ πρότερον ἦν ἑκάτερον, ἐγένετο. τοῦτο δὲ σύγκρισις, ἣ πεποίηκε τὴν ἀλλοίωσιν. ἢ φατέον καὶ ἐνταῦθα ἡγεῖσθαι τὰς συγκρίσεις καὶ διακρίσεις τινῶν ἀλλοιώσεων, ἑτέρας δὲ αὐτὰς εἶναι συγκρίσεων ἢ διακρίσεων. οὔτε γὰρ τὰς ἄλλας ἀλλοιώσεις εἶναι τοιαύτας, οὔτε τὴν ἀραίωσιν καὶ πύκνωσιν, σύγκρισιν δὲ καὶ διάκρισιν, ἢ ἐκ τούτων ὅλως εἶναι. οὕτω γὰρ ἄν τις καὶ κενὸν παραδέχοιτο. ἐπὶ δὲ μελανίας ἢ λευκότητος, πῶς. εἰ δὲ ἐν τούτοις ἀμφισβητεῖ, πρῶτον μὲν τὰς χρόας, καὶ τάχα τὰς ποιότητας ἀναιρεῖ. ἢ τάς γε πλείστας. μᾶλλον δὲ πάσας. εἰ γὰρ πᾶσαν ἀλλοίωσιν ἣν λέγομεν κατὰ ποιότητα μεταβολὴν, σύγκρισιν καὶ διάκρισιν λέγοι, τὸ γινόμενον οὐδέν ἐστιν, ἡ ποιότης. ἀλλὰ ἐγγὺς κείμενα καὶ διεστῶτα. ἔπειτα τὸ μανθάνειν καὶ τὸ διδάσκεσθαι, πῶς συγκρίσεις;

*ἢ τοῦ τόπου

A quæ mouentur ita nanciſci dicantur commiſtionem quandá, & contemperationem conſtitutionemq; in vnum: eam inquam quæ in eo actu conſiſtit, dum aliquid conſtituitur, nō in quodam habitu, poſtquam iam eſt aliquid conſtitutum, ita profectò in aliquem motum eorum qui narrati ſunt, hos aliquid reducere poterit. Exordietur enim motus ibi localis: ſed præter hunc motum aliud quiddam ibi fiet:
B quemadmodum facilè quiuis reperit localem motum eſſe principium incrementi, ſed ibi motū mox proprium qualitatis accedere. Sic itaq; & hîc incipit quidem localis quidam motus, ſequitur autem non neceſſariò cōcretio ſiue diſcretio: ſed quando quæ ſibi obuiant ſeſe mutuò complectuntur, concretio accidit, contrà verò diſcretio ſequitur. Sæpe verò vbi diſcretio fit, ſequitur motus quoq; localis, aut ſimul ibi contingit.
C Dum videlicet paſsio quædam intelligitur alia circa ea quæ diſcernuntur, non ea ratione qua loco mutētur: atque in concretione alia quædam paſsio conſtitutióque conſequitur à locali motu diuerſa. Num igitur hos quidem motus in ſeipſis ponere decet: alterationem verò ad has ritè reducere? Quod enim factum eſt denſum, iam eſt alteratum. Id verò idem eſt, ac ſi dicatur fuiſſe concretum. Rarum quoque factum
D intelligitur alteratum: hoc autem perinde eſt, ac ſi di[illegible]etum eſſe conſideretur: quinetiam vbi vinum cum aqua miſcetur, vtrunque aliud quàm prius erat euadit. Id autem eſt concretio quædam, quæ alterationem effecit: aut fortè dicendum hîc quoq; concretiones diſcretionéſque præcedere alterationes quaſdá, ipſas verò alterationes à concretionibus diſcretionibuſque differre.
E Neque enim alterationes alias eſſe tales, neque rarefactionem ipſam condenſationémque vel eſſe concretionē quandam atque diſcretionem, vel ex his omnino conſiſtere: alioquin ſic protinus aliquis vacuum in natura concedet. Iam verò nigredinem & albedinem qua nam conditione cōceſſerit aliquis in concretione diſcretioneque conſiſtere? Si quis autem in his ambigat, cogetur colores omnino, & fortè qualitates inde plures, imò verò omnes funditus extirpare: ſi enim alterationem omnem, quam eſſe dicimus quandam in qualitate mutationem, quiſpiam concretionē diſcretionemúe eſſe contēdat, certè quōd ibi fit nullo modo qualitas eſt, ſed reſtant ibi quædam vel prope poſita, vel ſeorſum. Præterea doceri atque diſcere quonam modo poteſt eſſe concretio?

*Motuū ſpecies probabilius diſtinguuntur per differentias internas quàm externas. Scilicet per uires motrices, aut inanimatas, aut animatas, item ſic uel aliter animatas: rurſus per impulſum naturæ uel artis, uel conſilij. Caput XXVI.*

ἘΠΙΣΚΕΠΤΈΟΝ δὴ περὶ τούτων, καὶ ἤδη ζητητέον. πάλιν αὐτῶν κατ' εἴδη λεγομένων κινήσεων, οἷον ἐπὶ τοπικῆς, εἰ μὴ τὸ ἄνω καὶ κάτω καὶ εὐθεία καὶ κύκλῳ, ὡς ἠπόρηται, ἢ ἐμψύχων καὶ ἀψύχων κινήσει. οὐ γὰρ ὁμοία ἡ κίνησις τούτῳ. καὶ πάλιν ταύτας, τῇ πεζῇ, καὶ τῷ νεῖν, καὶ πτήσει. ἢ

CONSIDERANDVM igitur de ijs videtur, rurſusq; inueſtigandum de illis, quæ dicuntur ſpecies motionis, velut in motu locali, ſi modò diſtinctio ibi non fiat per motum ad ſuperiora vel inferiora: item per rectum & circularem, ſicut in ſuperioribus eſt dubitatum, nunquid fortè diſtinguendum ſit per motum rerum animatarum, animáue carentium. Non enim ſimilis eſt horum inter ſe motus, & rurſus eiuſmodi motus per motionem progrediendi, natandi, volandi. An

etiam per impulſum naturalem minúſue naturalem. Fortè enim quis húc in modum ſecundum vnamquanque ſpeciem partietur. hic verò modus non extrinſecus acciperet differentias motionum. Forſan verò ipſæ harum effectrices ſunt, neque tamen abſque his exiſtunt: ſed ipſa natura harum motionum externarumq; differentiarum principium eſſe videtur. Fortaſsis etiam partiri motum licet ita, vt partim natura fiat, partim verò arte, partim electione, & natura quidem incrementa & decrementa, arte verò ædificare ſiue domos ſiue naues: electione autem meditari, diſcere, publica gubernare, & omnino dicere atque agere. Denique circa augmentum & alteratione͂, & generationem diſtinguere licet per modũ ſiue naturalem, ſiue non naturalem, vel etiam per ſubiectorum varietatem.

A καὶ τῷ φύσει γε καὶ παρὰ φύσιν, τάχ᾽ ἂν τις διέλοι καθ᾽ ἕκαστον εἶδος. τοῦτο δὲ οὐκ ἔξωθεν διαφορὰς κινήσεων, ἢ ποιότητι καὶ τούτων αὗται, καὶ οὐκ ἂν αὐτῶν τούτων. καὶ ἡ φύσις δὲ ἀρχὴ δοκεῖ τούτων. ἢ τὰς μὲν φύσει, τὰς δὲ τέχνῃ, τὰς δὲ προαιρέσει. φύσει μὲν, αὐξήσεις, φθίσεις. τέχνῃ δὲ, οἰκοδομεῖν, ναυπηγεῖν. προαιρέσει δὲ, σκοπεῖσθαι, μανθάνειν, πολιτεύεσθαι. ὅ-
B λως λέγειν, πράττειν. περὶ αὐξήσεως αὖ καὶ ἀλλοιώσεως, καὶ γενέσεως κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν. ἢ ὅλως τοῖς ὑποκειμένοις.

*Status eſt in rebus æternis, ubi nullus eſt motus: quies autem eſt in rebus temporalibus ſcilicet quædam priuatio alicuius motus, uel motio quædam ualde tarda. Cap. XXVII.*

*Cum igitur quies ſit priuatio quædam, non eſt aliquod per ſe genus: motus autem non eſt priuatio ſimpliciter quietis, ſed eſt actus efficax auferens aliquid atq; afferens. Status in æternis non eſt priuatio motus, neque enim uel ibi ſtatus ſit ceſſante motu, uel illa nata ſunt ad motum. Motus duo habet oppoſita ſcilicet & motum qui diuerſos petit terminos & quietem, maximè ſi quies conſideretur in termino à quo motus iam diſcedit.*

DE ſtatu verò qui motui eſt oppoſitus, vel de quiete, quidnam videtur eſſe dicendũ? nũquid & hoc genus vnum ponendum eſt? an potius in aliquod genus eorum quę narrauimus eſt reuocandum? Sed pręſtat forſitã ſtatum quidem ipſum diuinis concedere, hîc autem de quiete perquirere. De hac ergo quiete quid ſit in primis inueſtigandum eſt: atque ſi idem omnino eſſe atq; ſtatus inueniatur, non rectè hîc requiri videbitur: quippe quum hîc nihil penitus maneat: ſed quod manere videtur, tardiore motu feratur. Sin autem quietẽ aliud quiddam præter ſtatum eſſe dicamus, propterea quòd ſtatus quidem ſit circa rem prorſus immobilem: quies autem circa rem quidem ſtátem, natam verò ad motum etiam quando minimè moueatur: hoc ita eſt diſtinguendum. Nẽpe ſi quietum fieri hîc aſſumatur, ipſum quieſcere dicetur eſſe motum nondum ceſſantem, ſed inſtantem: ſin autem hîc aſſumatur ea quæ non amplius circa id quod moueatur, exiſtit, profectò quærendum erit ſiquid apud nos ſit omnino non motum. At ſi impoſsibile eſt aliquid motibus ſimul omnibus agitari: ſed oportet quibuſdam motibus non moueri, vt ſaltem liceat dicere hoc quod mouetur eſſe, quid nam aliud dicendũ eſt de illo quod nõ mouetur loco, ſed quantũ ad hunc motum pertinet conquieſcit, niſi ipſum non moueri? ſic itaque quies erit negatio motionis. Quod autem eiuſmodi eſt, non propriè computatur in genere. Quieſcit autem non ſecundum alium quàm localem motum. Priuationem igitur huius tantùm ſignificat. Si quis autem interrogauerit, cur non etiam motum ſtatus ipſius ſiue quietis priuationẽ eſſe dicamus: reſpondebimus, quia videlicet motus aliquid ſecum ferens accedit, aliudq́ue quiddam exiſtit agens concutienſque ſubiectũ, & plurima faciens atque diſperdens: quies autem vniuſcuiuſq; nihil eſt præter ipſũ, ſed hoc tantùm ſignificat, motũ videlicet nõ habere. Verùm cur nõ in rebus ipſis ad intelligentiã pertinẽtibus

A ΠΕΡΙ` δὲ στάσεως, ὃ ἀντιτέτακται κινήσει, ἢ ἠρεμίας, τί ποτε χρὴ λέγειν; πότερα, καὶ αὐτὸ ἕν τι γένος θετέον, ἢ εἴς τι γένος τῶν εἰρημένων ἀνακτέον. βέλτιον δ᾽ ἴσως στάσιν τοῖς ἐκεῖ ἀποδόντα, ἠρεμίαν ἐνταῦθα ζητεῖν. τὴν οὖν ἠρεμίαν ταύτην, ζητητέον πρῶτον τί ποτε ἐστί. καὶ εἰ μὲν ταὐτὸν φανείη τῇ στάσει, οὐδ᾽ ὀρθῶς ἂν ἐνταῦθα ταύτην ζητοῖ, οὐδενὸς ἑστηκότος,
B ἀλλὰ τοῦ φαινομένου ἑστάναι, σχολαιοτέρᾳ τῇ κινήσει χρωμένου. εἰ δ᾽ ἕτερον ἠρεμίαν στάσεως λέγοιμεν, τὸ τὴν μὲν στάσιν περὶ τὸ ἀκίνητον παντελῶς εἶναι, τὴν δ᾽ ἠρεμίαν περὶ τὸ ἑστῶς, πεφυκὸς δὲ κινεῖσθαι ὅταν μὴ κινῆται, εἰ τὸ μὲν ἠρεμίζεσθαι λέγοι τὸ ἠρεμεῖν κίνησιν, οὔπω παυσαμένην, ἀλλ᾽ ἐνεστῶσαν. εἰ δὲ τὴν οὐ-
C κέτι περὶ τὸ κινούμενον οὖσαν, πρῶτον μὲν ζητητέον, εἴ τι ἐστὶ μὴ κινούμενον ἐνταῦθα. εἰ δὲ μὴ πάσας οἷόν τέ τι τὰς κινήσεις κινεῖσθαι, ἀλλὰ δεῖ κινήσεις τινὰς μὴ κινεῖσθαι, ἵνα καὶ ἐξῇ λέγειν τό δε τὸ κινούμενον εἶναι, τί ἄλλο χρὴ λέγειν τὸ μὴ κινούμενον κατὰ τόπον, ἀλλὰ ἠρεμοῦν ταύτην τὴν κινησιν, ἢ ὅτι μὴ κινεῖται. ἀπόφασις ἄρα ἔσται ἡ ἠρεμία, τοῦ κινεῖσθαι. τοῦτο δὲ οὐκ ἐν γένει. ἠρεμεῖ δὲ οὐκ ἄλλό τι, ἢ
D ταύτην τὴν κίνησιν, οἷον τὴν τοπικήν. τὴν οὖν ἀφαίρεσιν τούτου λέγει. εἰ δέ τις λέγει διατί δ᾽ οὐ τὴν κίνησιν ἀπόφασιν τῆς στάσεως φήσομεν, ὅτι φήσομεν ἥκει τι φέρουσα ἡ κίνησις, καὶ ἔστιν ἄλλό τι ἐνεργοῦν καὶ οἷον ὠθοῦν τὸ ὑποκείμενον. καὶ μυρία ἐργαζόμενον αὐτὸ, καὶ φθεῖρον. ἡ δὲ ἠρεμία ἑκάστου, οὐδέν ἐστι παρ᾽ αὐτὸ, ἀλλὰ σημαίνει μόνον, ὅτι κίνησιν οὐκ ἔχει. τί οὖν οὐ καὶ ἐπὶ τῶν νοητῶν

στάσιν εἴπομεν ἀπόφασιν κινήσεως, ἢ ὅτι οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ἀναίρεσιν τῆς κινήσεως τὴν στάσιν, ὅτι οὐ παυσαμένης τῆς κινήσεως ἐστὶν, ἀλλ' οὔσης ἐκείνης, καὶ αὕτη ἐστί. καὶ οὐ πεφυκὸς κινεῖσθαι, καθόσον μὴ κινεῖται ἡ στάσις ἐκεῖ, ἀλλὰ καθὸ στάσις κατείληφεν, ἕστηκε. καθὸ δὲ ἔστι κινούμενον, ἀεὶ κινήσεται. διὸ καὶ στάσει ἕστηκε, καὶ κινήσει κινεῖται. ἐνταῦθα δὲ κίνησις μὲν κινεῖται. ἀπουσία δὲ ἠρεμεῖ, ἐστερημένον τῆς ὀφειλομένης κινήσεως. ἔπειτα καὶ ὁρᾶν δεῖ τί ἐστιν ἡ στάσις αὐτή. καὶ ὅταν ἐκ νόσου εἰς ὑγίειαν ἴῃ, ὑγιάζεται. τί οὖν τῇ ὑγιάνσει ταύτῃ, ἠρεμίας εἶδος ἀντιτάξομεν. εἰ μὲν γὰρ τὸ ἐξ οὗ, νόσος ἀλλ' οὐ στάσις. εἰ δὲ τὸ εἰς ὃ, ὑγίεια. ὃ οὐ ταὐτὸν τῇ στάσει. εἰ δέ τις λέγει τὴν ὑγίειαν ἢ τὴν νόσον τινὰ στάσιν εἶναι, εἴδη στάσεως τὴν ὑγίειαν καὶ τὴν νόσον εἶναι φήσει. ὅπερ ἄτοπον. εἰ δὲ συμβεβηκέναι τῇ ὑγιείᾳ τὴν στάσιν, πρὸ τῆς στάσεως ἡ ὑγίεια, οὐχ ὑγίεια ἔσται. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ὅπῃ δοκεῖ ἑκάστῳ.

A tibus, ſtatũ priuationem motionis aſſerimus. Quia non licet ſtatum motus priuationem cognominare: quoniam non ceſſante motu ipſe fit ſtatus: imò verò exiſtente illo fit motus. Neque ſtatus illic eſt, quia quod natum ſit ad motum, quandoque non moueatur. Sed qua ratione ſtatus ibi ipſum intelligibile comprehendit, permanet: qua verò mouetur, mouebitur in perpetuum: quamobrem & ſtatu conſiſtit, & motu mouetur. Corporea verò na-
B tura motu quidem mouetur, & abſente motu quieſcit, orbata videlicet debita motione. Præterea videndum eſt, quid ipſe ſit ſtatus: item quando ex morbo ad ſanitatem aliquis peruenit conualeſcit. Quam igitur huic conualeſcētiæ quietis ſpeciem opponemus? Si enim affectionem à qua recedit, morbus ille eſt non ſtatus: ſin autem affectionem ad quam accedit, ſanitas illa eſt, quæ quidem non idem atque ſtatus exiſtit. Si quis autem dixerit ſani-
C tatem aut morbum eſſe ſtatum quendam, hic profectò ſanitatem atque morbum ſtatus ſpecies eſſe concedet: quod quidem iudicatur abſurdum. At ſi ſtatum ſanitati contingere propriè fateatur, ſanitas ante ſtatum nõ erit ſanitas. Sed de his quidem pro ſuo quiſq; arbitrio dicat.

## EPILOGVS PRAEDICAMENTORVM.

ΕΙΡΗΤΑΙ δ' ὅτι τὸ ποιεῖν καὶ τὸ πάσχειν, κινήσεις λεκτέον. καὶ ἔστι τὰς μὲν τῶν κινήσεων ἀπολύτους, τὰς δὲ ποιήσεις, τὰς δὲ πείσεις λέγειν. καὶ περὶ τῶν ἄλλων γενῶν λεγομένων, ὅτι εἰς ταῦτα, καὶ περὶ τοῦ πρός τι. ὅτι ἄλλου πρὸς ἄλλο σχέσις. καὶ ὅτι σύνεισιν ἅμα καὶ ἄμφω. καὶ τὸ πρός τι δὲ, ὅταν σχέσις οὐσίας ποιῇ αὐτὸ, οὐχ ᾗ οὐσία, ἔσται πρός τι. ἀλλ' ᾗ καθὸ μέρος. οἷον, χεὶρ, ἢ κεφαλὴ, ἢ αἴτιον, ἢ ἀρχὴ, ἢ στοιχεῖον. ἔστι δὲ καὶ τὰ πρός τι διαιρεῖν, ὥσπερ διῄρηται τοῖς ἀρχαίοις. τὰ μὲν ὡς ποιητικὰ, τὰ δὲ ὡς μέτρα· τὰ δ' ἐν ὑπεροχῇ καὶ ἐλλείψει· τὰ δ' ὅλως χωρίζονται ὁμοιότησι καὶ διαφοραῖς. καὶ περὶ μὲν τούτων τῶν γενῶν, ταῦτα.

Dictum verò nobis in ſuperioribus eſt, facere atq; pati motiones eſſe. Motiones autem alias quidem abſolutas eſſe, alias verò partim effectiones, partim etiam paſsiones. Dictum præterea de cæteris quæ dicuntur genera, ad noſtra hæc referri debere. dictum quoque de relatione, eam videlicet eſſe alterius ad alterũ habitudinem, & ſimul ambo concurrere. dictum denique circa relationem, quando videlicet habitudo ipſa ſubſtantiam efficit, illud ipſum quod refertur, non qua ratione ſubſtantia ſit relatiuũ eſſe: ſed qua pars aliqua, velut manus, aut caput, vel cauſa, vel principium, vel elementum. Licet autem & relatiua antiquorum more diuidere, adeò vt alia quidem tanquam effectiua ſint, alia verò tanquã menſuræ quędam: alia in exceſſu defectuque verſentur, alia denique per ſimilitudines atque differentias diſtinguantur. Sed hęc iam de his generibus dicta ſufficiant.